SIGNATURA: I 270

N° 48

L 19.

48 I 135
270

# Prologus

Incipit prologus ſancti Hieronymi car
dinalis preſbyteri: in libros Uitaſpatrum
ſanctorum Egyptiorum. etiam eorum qui
i Scithia [illegible]baida atqꝫ Meſopotamia
morati ſunt: non ſolum quos oculis vidit:
maximoqꝫ labore conſpexit: veruꝫ ⁊ q̄pplu
ra a fide dignis relata conſcripſit notabili
diligentia. Deniqꝫ aliorum etiam autenti/
corum libellos fideliter e greco i latinum
tranſtulit: ⁊ ab aliis tranſlata pro ſui perfe
ctione huic operi inſeruit.

**B**enedict⁹ deus qui vult
omnes homines ſaluos fieri. ⁊ ad agnitio/
nē veritatis venire. q etiā noſtrū iter dire
xerat ad egyptū. Et oſtēdit nobis mirabi/
lia magna ad poſteritatis memoriā pfutu
ra: ex quibus nō ſoluꝫ nobis cauſa ſalutis
oriretur: verū ⁊ hiſtoria ſalutaris atqꝫ ad
doctrinā pietatis aptiſſima conderet. que
virtutis iter agere volētib⁹ geſtoruꝫ pre
cedētiū ſide ampliſſimū tramitē pandat.
Quāuis ad tātarū rerū narrationē minus
idonei ſimus: nec dignū videatur ingētiū
rerꝫ exiguos ac paruos fieri auctores: pre
celſaſqꝫ vtutes humili narrare ſermone.
tamē quoniā fratꝝ caritas eoꝝ qui i mōte
ſacto oliueti cōmanēt hoc a nobis frequē
ter expoſcit: vt egyptioꝝ monachoꝝ vitā.
vtuteſqꝫ animi. Et cultū pietatis atqꝫ ab
ſtinētie robur quod i eis corā vidim⁹ ex/
plicemus: precib⁹ ipſoꝝ qui hoc iperāt ad/

# Uitaſpatrum

inuadū me credēs aggrediar. nō tā ex ſti/
lo laudē requirēs q̄ꝫ ex narratione rerum
edificationē futurā legētibus ſperās. [illegible]uꝫ
geſtorū vnuſquiſqꝫ iflāmatus exēplis hor
reſcere quidē ſeculi illecebras. ſectari ve/
ro quietē: ⁊ ad pietatis iuitatur exercitia.
Uidi ergo ⁊ hic vidi theſaurū xpi i huma
nis abſcōditū vaſculis: queqꝫ theſaurum
repertū nolui tanq̄ꝫ inuidus occultare: ſed
quaſi p multis iuentū pferre in mediū. ⁊
facere cōmunē: certus q quāto plures ex
eo fuerint ditati: tāto mihi amplius acqui
reretur. Ego eniꝫ locupletior fiā cū alioꝝ
ſalus miniſterii mei fuerit queſita merci/
monio. In principio ergo narrationis no/
ſtre adeſſe nobis pcamur gratiaꝫ dñi nři
Jeſu xpi: cui⁹ virtute omnia hec pietatis
exercitia apud egypti monachos habent.
Uidimus eni apud eos multos patres
celeſteꝫ vitā i t'ra poſitos agētes: ⁊ nouos
quoſdā pphetas taꝫ virtutibus animi. q̄ꝫ
vaticinādi officio ſuſcitatos: qbus ad teſti
moniū meritoꝝ nec ſignorū quidē ac pdi/
gioꝝ deerat efficacia. Et merito. Cur eni
q nihil terrenū nihil carnale cupiūt nō ac
cipiūt celeſtē poteſtateꝫ? Nōnullos nāqꝫ
eoꝝ ita ab omni malitia ⁊ cogitatione ⁊
ſuſpitiōe vidim⁹ alienos: vt nec ſi aliquid
mali adhuc gereret in ſeculo meminiſſent
Tāta i eis erat trāquillitas animi tātuſqꝫ
inoleuerat eis bonitatis affect⁹: vt merito
de eis dictū ſit. Pax multa diligētib⁹ no
mē tuū dñe. Cōmanēt aūt per heremū di
ſperſi ⁊ ſeparati cellulis: ſꝫ caritate cōnexi
Ob hoc aūt dirimūtur habitaculis vt ſilē
tii ſui quietem ⁊ itentioneꝫ mentis diui/
na ſectātes nec vox aliqua: nec occurſus
vllus: aut ſmo aliquis ocioſus obturbet
Intētis ergo i ſuo quiſqꝫ loco animis ve/
lut boni patres xpi expectāt aduētū. Aut
tāq̄ꝫ milites paratus i caſtris iperatoris pſē
tiā. vl' vt fideles ſerui aduētantē dñꝫ ſuſti
nēt: libertatē ſibi pariter ⁊ munera largi/
tur. Omnes ergo hi nullā cibi aut idumē
ti aut vlli⁹ hoꝝ ſollicitudinē gerūt. Sciūt
eni quia ſcriptū eſt. Hec omnia gētes co/
gitāt: ipſi vero iuſticiaꝫ ⁊ regnū dei requi/

rū: ⁊ hec omniā ſecūdū ꝓmiſſionē ſaluato
ris apponūtur eis. Deniqꝫ coꝝ plurimi
ſo ꝗ ſi i aliquo neceſſarijs ad vſus corpo/
ris eguerint. nō ad humana ꝑfugia ſed ad
deū verſi: ⁊ ab ipſo tanꝗ̄ a patre poſcētes
que popoſcerint ilico cōſequūtur. Tanta
nanqꝫ i eis fides eſt: que etiā mōtibus vt
trāſferantur: valeat iperare. Unde ⁊ non/
nulli coꝝ irruptiones fluuij in perniciem
vicinaruꝫ regionū cōcitatas orationibus
repreſſerūt. Et pede icedentes aluei eius
profunda digreſſi ſunt. immāeſqꝫ eius be
ſtias peremerunt. Et plurima atqꝫ immē
ſa ſigna que a prophetis ⁊ apoſtolis anti/
quitus geſta fuerāt ꝯſumarūt vt dubitari
nō debeat ipſoꝝ meritis adhuc ſtare mū/
duꝫ. Sed illud valde mirū eſt cuꝫ ſemper
optima ꝗ̄ꝫ rara ſint ⁊ difficilia: i illis ta/
men vtrūqꝫ pariter conueniſſe vt ⁊ nume
ro immēſi ſint ⁊ virtutibus icōparabiles.
Sūt eniꝫ ⁊ alij i ſuburbanis locis: alij per
rura: plures auteꝫ ⁊ egregij ꝑ heremuꝫ di
ſperſi: ⁊ velut quidaꝫ celeſtis exercitus in
ꝓcictu poſitus: atqꝫ i tabernaculis degēs
ad obediētiaꝫ p̄ceptoꝝ regi ſemper intē/
tus: armis orationū pugnās: ⁊ ſcuto fidei
ab inimico inſidiante ꝓtectus: regnuꝫ ſibi
celeſte ꝯquirūt. Sūt ergo ornati moribꝰ:
quieti: lenes: trāquilli: ⁊ caritatis vīculis
velut quadaꝫ germanitate conſtricti. Ad
emulationē ꝟo ꝟtutuꝫ: certamē ingēs ex/
ercent ⁊ agones. Studet eniꝫ vnuſquiſqꝫ
clemētior altero benignior: hic humilior. il
le patientior inueniri. Si quis autē ſapiē/
tior ceteris fuerit: hic ita communis erga
oēs ⁊ mediocris exiſtit: vt ſm mādatū do
mini omniū minimꝰ ⁊ oīuꝫ ſeruꝰ eē videat.
Quia ergo dei munere donatuꝫ mihi eſt:
⁊ videre eos: ⁊ intereſſe conuerſatiōi eoꝝ:
⁊ de ſingulis iā nūc q̄ ad memoriaꝫ dn̄s re
duxerit enarrare tētabo: vt hi ꝗ nō vide/
runt eos in corpore: opera eoꝝ diſcētes
vitāqꝫ eoꝝ ꝑfectaꝫ lectionis indicio colli
gētes: ad emulationē ſācti operis inuitē/
tur. ⁊ perfecte patiētie palmaꝫ requirant.

Explicit prologus. Incipit narra
tio de ſancto Joanne egyptio heremita.

PRimuꝫ igitur tāꝗ̄
vere fundamentum noſtri ope/
ris ad exemplum bonoꝝ omnium ſu/
mamus egyptium Joannem: qui vere eti
am ſolus ſatis ſuperqꝫ ſufficiat religioſas
⁊ deo deuotas mentes ad virtutum cul
men erigere. ⁊ ad perfectionis veſtigia cō
citare. Hunc enim vidimus in Thebaidis
ꝑtibus i heremo: q̄ adiacet ciuitati Lyto:
i rupe quadā mōtis ardui cōmanētē. Aſcē
ſus ad eū difficilis: aditus monaſterij eius
obſtructꝰ ⁊ clauſus: ita vt a quadrageſimo
etatis ſue anno vſqꝫ ad nonageſimuꝫ: quē
tunc gerebat: cum eum vidimus monaſte
riuꝫ eius nullꝰ itrauerit. Aduenientibꝰ ꝟo
ꝑ feneſtrā ſe videdū p̄bebat: ⁊ ide eis vel
verbū dei ad edificationē: vel ſiqua fuiſ/
ſent ꝯſolatiōis reſpōſa reddebat. Mulie/
ruꝫ tn̄ illuc nulla nec ad cōſpectū quidem
eiꝰ acceſſit: ſed ⁊ viri raro: ⁊ certis ꝗbuſqꝫ
tꝑibus. Cellā ſane hoſpitalē extrinſecus fi
eri permiſit: in qua aduentantes e longin
quis regionibus paululuꝫ requieſcerēt: ipſe
ꝟo itrinſecus ſolus ſoli deo vacās: nō die
bus nō noctibꝰ a colloquijs dei ⁊ oratiōe
ceſſabat: diuinuꝫ illud ⁊ qd̄ ſuper oēꝫ mē/
tem eſt: tota mentis puritate conſectans.
Quāto eni ſe ab humāis curis ⁊ collogis
ſequeſtrabat: tāto illi vicinior ⁊ ꝓpingor
deus erat. In tāta deniqꝫ mētis ſue ſince
ritate ꝑſeuerat: vt nō ſolū eoꝝ q̄ erāt ſciē/
tiam conſequeretur a domino: verum et
eorum que futura erant preſciētiam me/
reretur. Euidenter nanqꝫ ei dominus ꝓ/
phetie gratiam contulit. ita vt non tantuꝫ
ciuibus ⁊ prouincialibus ſuis ſi forte per/
cunctaretur futura p̄diceret: ſed ⁊ impe/
ratori Theodoſio. vel quos belli exitus
habiturus eſſet vel quibus modis victo/
riam caperet de tyrannis: ſed ⁊ quot irru/
ptiones paſſurus eſſet gentium barba/
rarum ſepe predixerit. Quodam etiam
tꝑe cū gēs ethiopum romanū militem cir
ca cirenen: que prima ē ex ethiopie ꝑtibꝰ
Thebaidis ciuitas: incurſaret: ⁊ ſtrages
plurimas noſtrorum dediſſet: predamqꝫ



duxiſſet: venienti ad ſe romano duci: ⁊ me
tuēti ꝯfligere cū eis eo ꝙ exiguus ei erat
militum numerus: ⁊ hoſtilis contra ſe innu
mera multitudo: Joānes ſtatutū deſignās
dieꝫ: ꝓperge inquit ſecurꝰ: die enim qua di
xi ⁊ hoſtē ꝓſternes ⁊ ſpolia capies: p̄dāqꝫ
reuocabis. Qd̄ cum fuiſſet impletū etiam
apud auguſtuꝫ: quia carꝰ acceptuſqꝫ futu
rus eſſet predixit. Hec apud illū ꝓphetie
gratia habebatur: vt magis hoc illoꝝ qui
percunctabant̄ ꝗ̄ ſuis meritis aſcriberet.
Dicebat enim: non ꝓ ſe hec: ſꝫ pro illis qui
audiūt a domino p̄nūciari. Aliud quoqꝫ
per eum mirum valde dominus oſtendit.
Tribunus quidam ad agendū militē per/
gens venit ad eū: ⁊ obſecrare eū cepit: ut
permitteret etiā coniugeꝫ ſuaꝫ venire ad
ſe. Multa nanqꝫ eā dicebat pertuliſſe pi/
cula ob hoc tn̄ vt faciē eius videret. Tūc
ille negat ſibi vnꝗ̄ moris fuiſſe vidēdi mu
lieres: ⁊ p̄cipue ex quo i illius rupis ſe mo
naſterio cōcluſiſſet. Tribunꝰ perſiſtit ob/
ſecrando ⁊ confirmādo: ꝙ niſi videret eū
eſſet ſine dubio i multa triſticia peritura.
Cūqꝫ iterum ac ſepius eadē precaretur.
⁊ cauſam mortis euꝫ ſue coniugis confir/
maret futuꝝ: atqꝫ īde interitum vnde ſa/
lutem ſperauerat accepturaꝫ: tunc fidem
⁊ importunitateꝫ eiꝰ aſpiciens ſenior: va/
de inquit videbit me coniunx tua hac no/
cte: non tamē veniet huc: ſed in domo ſua
atqꝫ i lecto ſuo manebit. Poſt hec ꝟba ab
ſcedit vir: ambiguitatē reſponſi i pectore
ſuo verſans. Cūqꝫ hec etiaꝫ cōiugi nūciaſ
ſet: ſimili mō nihilominꝰ etiā mulier ſermo
nis icerto fatigabat̄. Sed vbi ſomni tem
pus aduenit: adeſt homo dei ꝑ viſuꝫ: ⁊ ad/
ſiſtens mulieri: fides inqt tua magna eſt o
mulier: ⁊ ideo veni ꝯ̄ſiderio tuo ſatiſface
re: te tamē moneo: non vt faciem copora
lem ſeruoruꝫ deſideres dei: ſed vt geſta ⁊
actus per ſpiritum contempleris. Spiritꝰ
enim eſt qui viuificat: nā caro non prodeſt
quicꝗ̄. Ego auteꝫ non quaſi iuſtꝰ aut pro
pheta vt putas: ſꝫ pro fide veſtra interceſ
ſi pro vobis apud deū: ⁊ cōceſſit tibi oīum
morborum quos i corpore tuo pateris ſa/
nitatem. Eris ergo ex hoc ſana: ⁊ tu ⁊ vir
tuus: ⁊ benedicetur domus veſtra. Sed ⁊
vos memores eſtote beneficij a dō vobis
collati: ⁊ timete dominū ſemper: nec āpliꝰ
ꝗ̄ ſtipēdijs veſtris debetur aliquid requi
ratis. Sufficiat ergo tibi h̄ ꝙ vides me in
ſomnis: ⁊ amplius nō requiras. Euigilās
autem mulier indicauit viro ſuo que vide
rat queqꝫ audierat: ſꝫ ⁊ habitū viri ⁊ vul
tuꝫ atqꝫ omnia ſigna eius expoſuit. Sup
que āmiratꝰ vir eiꝰ: regreſſus ad hominē
dei gratias refert: ⁊ accepta ab eo benedi
ctione perrexit in pace. Alio quodaꝫ tem
pore prepoſitus quidam militum venit ad
eum: cuius vxor grauida ab eo relicta eſt
in domo ſua. At illa ipſa die. qua ille ad be
atum Joannem venerat: partuꝫ edens pe
riclitabatur. Tunc ſanctus homo dei: ſi ſci
res inquit donum dei: ⁊ quia tibi hodie na/
tus ē filius: gratias ageres domino. Sed
ſcito matreꝫ pueri periclitatam: aderit ta/
men dominus: ⁊ inuenies eam ſanam. Fe/
ſtina ergo ⁊ redi i domum tuam: ⁊ inuenī
es puerum ſeptem dierum: ⁊ vocabis no/
men eius Joanneꝫ: hic nutriatur in domo
tua abſqꝫ vlla contaminatione gentili ſe/
ptem annis: quibꝰ peractis trade euꝫ mo
nachis erudienduꝫ ſanctis ⁊ celeſtibus di
ſciplinis. Multis preterea ad ſe venien
tibus ſiue prouincialibus ſiue peregrinis:
cum res popoſciſſent: occulta cordis eoꝝ
īdicabat: ⁊ ſiquid forte peccati ab eis i oc/
culto fuiſſet admiſſum ſecretius corripiēs
arguebat: ⁊ ad emendationem ac peniten
tiam ꝓuocabat. Nili quoqꝫ fluminis ſiue
abundantia aquaruꝫ ſiue penuria futura
eſſet predicebat: ſed etſi forte ex offenſa
hominum: plaga aliqua ⁊ correptio a do/
mino immineret: ſimiliter premonebat: ⁊
ſi quid cauſe eſſet pro qua itroduceretur
fames aut caſtigatio deſignabat. Sani
tates quoqꝫ ⁊ curas corporum ita depo/
ſcentibus conferebat vt omnem ex hoc
iactantiam fugeret Non enim permitte
bat ad ſe incommodātes deferri: ſed bene
dicens oleum dabat: ex quo peruncti ſani
fierēt: a quacunqꝫ ifirmitate tenerentur.

Senatoꝛis cuiuſdaz aliquādo vxoꝛ exce/
cata eſt:hec deprecabatur viruz ſuuz: vt
eam perduceret ad hominem dei. Cui cuz
reſpōderet vir ſuus:nō ei eſſe moꝛis vidē
di mulierem: rogat vt indicaret ei tātum/
modo imbecillitatis ſue cauſā. ⁊ depreca/
retur vt oꝛationem faceret pꝛo ſe. Cumq;
legationem pertuliſſet vir eiꝰ ad euz:oꝛās
⁊ benedicens oleum mittit ad illā. Ex quo
per triduum cōtingens oculos ſuos viſuz
recepit: ⁊ dõ gratias egit. Sed ⁊ multa
eius ſunt geſta:que narrare ſatis lōgū eſt.
Unde omiſſis his iterim que auditu com/
perimus ad ea que oculis noſtris cōſpexi/
mus:veniamus. Septē fuimꝰ ſimul fra
tres comitātes:qui ad cū venimus. Cūq;
ſalutaſſemꝰ cū.omniq; nos leticia ſuſcepiſ
ſet: ⁊ vnunquēq; noſtrum gratifice allo/
queretur:rogatus a nobis oꝛationē ſimul
ac benedictionez dare. Hoc eniz moꝛis ē
apud egyptios mōachos: vt vbi aduene/
rint fratres:ſtatiz per oꝛationē ſibi inuicē
federētur. Interrogabat ſiquis in nobis
eſſet clericus. Et vt omnes negauimꝰ re
ſpiciens ad ſingulos: itellexit eſſe inť nos
quēdam qui huiꝰerat oꝛdinis:ſz latere cu
piebat. Erat eniz diaconꝰ.⁊ hoc pͤter vnū
ſolum:qui ei fidus erat:etiam ipſi itineris
comites ignoꝛabāt. Uiſurus eniz tales ac
tātos viros humilitatis gratia celare vo
luit gradus ſui honoꝛez: vt inferioꝛ habe
retur in oꝛdine his quibus ſe lōge inferi
oꝛez eſſe meritis indicabat. Sāctus ergo
Joannes vt eum vidit: equidem cum eſ
ſet adoleſcentioꝛ ceteris digito oſtendens
eum:hic inquit diaconꝰ eſt. Et cuz adhuc
negaret:apprehendens euz manu ſua ex
oſculatus eſt:⁊ dicit. Noli fili negare gra
tiam dei: ne incurras pꝛo bono malū:pꝛo
humilitate mendacium. Cauenduz nanq;
eſt omni modo mendaciuz: ſiue pꝛo malo:
ſiue etiam pꝛo bono pꝛoferri videatur:qa
omne mendaciuz non eſt ex deo:ſed ſicut
ſaluatoꝛ dicit a malo ē. At ille his auditis
quieuit:blandaz nanq; eius coꝛꝛeptionez
equanimiter tulit:⁊ cuz oꝛationem domi/
no obtuliſſemus:poſt finē vnus ex fratri/
bus noſtris tertiano typo ideſt febre gra
uiſſime vexabatur: ⁊ rogabat hominem
dei: vt ab eo curaretur. Qui ait ad eum.
Rem tibi neceſſariam cupis abijcere.
vt eniz coꝛpoꝛa nitro vel alijs huiuſmodi
liniamētis abluuntur a ſoꝛdibus:ita aie a
languoꝛibus alijſq; huiuſmodi caſtigatio
nibꝰ purificāť. Et poſtq̃ de his nobis mul/
ta per doctrinaz myſticaz diſſeruit:bene/
dicens tamen oleuz dedit ei. Quo perun/
ctus eger omnem continuo abundanti
az fellis euomuit:⁊ ſaniſſimus redditꝰ pe/
dibus ſuis ad diuerſoꝛium redijt. Poſt
hec iubet officia erga nos humanitatis
atq; hoſpitalitatis expleri: ⁊ coꝛpoꝛis cu/
ram geri. Ipſe vero ſui negligens:noſtri
ſollicitus erat. Jaz eniz continuo vſu ⁊ iu
gi conſuetudine.nec recipere cibum niſi i
veſperuz poterat: ⁊ hunc exiguum. Erat
autem attenuati ⁊ aridi coꝛpoꝛis:pꝛe ab/
ſtinentia. capilli eiꝰ ⁊ barba quaſi ex lan/
goꝛe nimio rara ⁊ tenuis: vtpote quez nul
lus ſufficiens cibus nutriret:nec letioꝛ ali/
quis humor infunderet. Obſeruabat enī
tunc:cum iaz nonagenariaz vt ſupradixi/
mus ageret etatem: vt nullum: vt paucis
vtar verbis:per ignem paratum ſumeret
cibū: Igitur poſt hec hoſpitalitatis officia
regreſſos ad ſe ſedere nos iubet: ⁊ tūc de
mum quidem: vnde uel cur aduenerimus
inquirit:cuz iam nos letos ⁊ omni cū gau
dio tanq̃ notos pꝛopꝛios ſuſcepiſſet. Cūq;
reſpondiſſemus q̄ de hieroſolymis ad cū
vtilitatis ⁊ pꝛofectus anime noſtre cauſa
veniſſemus: vt ea que oliz ad audituz no/
ſtrū fama ptulerat: ipſi nūc oculis noſtris
cerneremus.quomodo quidez tenaciꝰſo/
lent inherere memoꝛie:ea que oculus vi/
derit q̃ que auris audierit. Tunc bea/
tus Joānes vultu placidiſſimo ⁊ quaſi ſub
ridens ex abūdantia leticie:hoc modo re
ſpondit ad nos. Miror inquit admoduz
dulciſſimi pueri laboꝛem vos tāti itineris
ſuſcepiſſe:cum nihil ad hec dignuz i nobis
videre poſſitis. Homines enim ſumus hu
miles ⁊ exigui:nihil habētes i nobis quod
vel expeti debeat vel mirari. Et tamen



etiaz ſi eſſet aliquid in nobis ſm opinionē
veſtrā:nūquid tale quale legitis i pꝛophe
tis dĩ ⁊ apoſtolis? Qui vtiq; ob hoc i oībꝰ
dei eccleſiis recitanť: vt exempla vite ho
minibus nō de lōginqs ⁊ peregrinis locis
querantur: ſz domi vnuſquiſq; ⁊ apud ſe
habeat qd̃ debeat imitari. Unde plurimū
miroꝛ itentionem veſtri laboꝛis ac ſtudij:
q̄ pꝛofectus anime veſtre cauſa:tātas ſu
perare regiōes tātoſq; laboꝛes adire vo/
luiſtis: cum nos eouſq; pigritia deſidiaq;
cōſtringat: vt nec cellulas noſtras pgredi
audeamus. Uerūtamen quoniaz putatis
eſſe i nobis aliquid ex q̊ pꝛoficere debe/
atis. Hoc pꝛimum vobis indicanduz eſt.
vt hoc ipſum quod veniſtis ad nos ⁊ tātū
laboꝛem videndi nos ſuſcepiſtis. ne iactā
tiam alicuiꝰ habeatis pꝛoſpectum: vt non
tam pꝛoficere ad animi virtutez q̃ pꝛofer
re ſe ⁊ iactare vnuſquiſq; veſtrū velit: p
eo q̄ viderit eos:q apud alios ex auditu
ſolo cogniti videanť. Graue eſt iactantie
vitiuz ⁊ periculoſuz nimis. ⁊ qd̃ de ipo eti
am perfectionis faſtigio deijcit animas:⁊
ideo hoc uos pꝛimo omnium cauere vo/
lo. Eſt autē ſpecies mali huiꝰ duplex qui
dem: Nonnullis enī accidit in ipſis ſtatiz
initijs cōuerſionis ſue:cuz parum aliquod
vel abſtinentie impenderit. vel pecunie i
pauperes erogauerit: ⁊ cum de eis ita ſen
tire debeāt:quaſi quod impediret abiece
rint. ita agunt ⁊ ita ſentiunt: q̄ſi eminenti
oꝛes ſint illis quibꝰ aliquid elargiti ſunt.
Alia vero eſt iactantie ſpecies:cum quis
ad ſummam virtutez perueniens. non to
tum deo:ſz ſuis laboꝛibꝰ ac ſtudiis depu
tat: ⁊ dum ab hominibꝰ gloꝛiā querit: per
dit eaz q̃ a deo ē: pꝛopter quod filioli mei
fugiamus omni genere iactantie vitium:
ne foꝛte incurramus euz lapſum:quez di/
abolus incurrit. Tunc preterea coꝛdi nr̃o
⁊ cogitationibus precipua adhibenda eſt
diligentia. Obſeruandū nāq; eſt:ne qua
cupiditas. ne qua voluptas praua: ne qd̃
deſiderium vanum: ⁊ quod nō eſt ſecūdū
deum radices in coꝛde noſtro defigat. Ex
huiuſmodi enim radicibꝰ continuo pullu
lant vage ⁊ inutiles cogitationes: ⁊ intan
tum moleſte ſunt: vt nec oꝛātibꝰ nobis ceſ
ſent:nec in conſpectu dei conſiſtentibꝰ no
bis: ⁊ pꝛecibus pꝛo ſalute noſtra offerenti
bus erubeſcant:ſed rapiunt a nobis capti
uam mentē: ⁊ cū coꝛpoꝛe ſtare videamur
i oꝛatione:ſenſu ⁊ cogitatione euagamur
⁊ ducimur per diuerſa. Si quis ergo ē:q
ſe putat renūciaſſe mundo ⁊ operibꝰ dia/
boli:non ſufficit i eo renunciaſſe vt poſſeſ
ſiones ⁊ pꝛedia ceteraq; ſeculi negocia re
liquerit:niſi etiā pꝛopꝛiis vitiis renūciaue
rit: ⁊ inutiles ac vanas abiecerit volupta
tes. Hec enim ſunt de quibꝰ apoſtolus di
cit. Deſideria vana ⁊ nociua: que mergūt
hominem in interituz. Hoc eſt ergo vere
renunciaſſe diabolo ⁊ operibus eiꝰ. Dia
bolus enim per alicuius vitij occaſionē ⁊
pꝛaue voluptatis aditum irrepit i coꝛ no
ſtrum quia vitia ex parte illius ſunt:ſicut
virtutes ex dõ ſunt:ſi ergo ſint vitia i coꝛ
de noſtro:cum venerit pꝛinceps coꝛū dia
bolus quaſi pꝓpꝛio auctoꝛi dāt locuz: ⁊ in/
troducunt eū velut ad poſſeſſionem ſuā.
Et inde ē q̄ nunq̃ huiuſmodi coꝛda pacē
habere poſſunt:nunq̃ quietez: ſed ſemp
cōturbantur:ſemper terrentur: ⁊ nūc va
na leticia:nūc inutili triſticia depꝛimunť.
Habent enim itra ſe habitatoꝛē peſſimū:
cui introeundi ad ſe locū per paſſiones ſu
as ⁊ vitia fecerūt. Econtra ho mēs que
uere renunciauit mūdo:hoc eſt:que abſci
dit ⁊ amputauit a ſe omne vitium: ⁊ nullū
introeunti ad ſe diabolo reliquit aditum:
iracundiam cohibet:furoꝛez repꝛimit:mē
dacium fugit: execratur inuidiaz: ⁊ nō ſo
lum non detrahere:ſed ne malum quidez
ſentire aut ſuſpicari de pꝛoximo ſuo patiť:
que fratris gaudia ſua dicit ⁊ triſtitiaz eiꝰ
ſuaz triſticiā deputat. Que hec ergo ⁊ ho
ruz ſimilia obſeruat mens ſpiritui ſancto
aperit i ſe locum. Qui cum ingreſſus fue/
rit ⁊ illuminauerit eam: ſemper ibi iam
gaudia: ſemper leticia. ſemper caritas:
patiētia longanimitas:bonitas. ⁊ omnes
q ſunt fructus ſpiritus oꝛiuntur. Et hoc
erat qd̃ dicebat dominus i euāgelio. Nō

Senatoꝛis cuiuſdaꝫ aliquãdo vxoꝛ exce/
cata eſt:hec depꝛecabatur viruꝫ ſuuꝫ: vt
eam perduceret ad hominem dei. Cui cuꝫ
reſpõderet vir ſuus:nõ ei eſſe moꝛis vidẽ
di mulierem: rogat vt indicaret ei tãtum/
modo imbecillitatis ſue cauſã. ⁊ depꝛeca/
retur vt oꝛationem faceret pꝛo ſe. Cumq̃
legationem pertuliſſet vir eiꝰ ad euꝫ:oꝛõe
⁊ benedicens oleum mittit ad illã. Ex quo
per triduum cõtingens oculos ſuos viſuꝫ
recepit: ⁊ deo gratias egit. Sed ⁊ multa
eius ſunt geſta:que narrare ſatis lõgũ eſt.
Unde omiſſis his iterim que auditu com/
perimus ad ea que oculis noſtris cõſpexi/
mus: veniamus. Septẽ fuimꝰ ſimul fra
tres comitãtes:qui ad eũ venimus. Cũq̃
ſalutaſſemꝰ eũ.omniq̃ nos leticia ſuſcepiſ
ſet: ⁊ vnunquẽq̃ noſtrum gratifice allo/
queretur:rogatus a nobis oꝛationẽ ſimul
ac benedictioneꝫ dare. Hoc eniꝫ moꝛis ẽ
apud egyptios mõachos: vt vbi aduene/
rint fratres:ſtatiꝫ per oꝛationẽ ſibi inuicẽ
federẽtur. Interrogabat ſiquis in nobis
eſſet clericus. Et vt omnes negauimꝰ re
ſpiciens ad ſingulos: itellexit eſſe inẽ nos
quẽdam qui huiꝰ erat oꝛdinis:ſꝫ latere cu
piebat. Erat eniꝫ diaconꝰ. ⁊ hoc pter vnũ
ſolum:qui ei fidus erat:etiam ipſi itineris
comites ignoꝛabãt. Uiſurus eniꝫ tales ac
tãtos viros humilitatis gratia celare vo
luit gradus ſui honoꝛeꝫ: vt inferioꝛ habe
retur in oꝛdine his quibus ſe lõge inferi
oꝛeꝫ eſſe meritis indicabat. Sãctus ergo
Joannes vt eum vidit: equidem cum eſ
ſet adoleſcentioꝛ ceteris digito oſtendens
eum:hic inquit diaconꝰ eſt. Et cuꝫ adhuc
negaret:apprehendens euꝫ manu ſua ex
oſculatus eſt: ⁊ dicit. Noli fili negare gra
tiam dei: ne incurras pꝛo bono malũ:pꝛo
humilitate mendacium. Cauenduꝫ nanq̃
eſt omni modo mendaciuꝫ: ſiue pꝛo malo:
ſiue etiam pꝛo bono pꝛoferri videatur:qa
omne mendaciuꝫ non eſt ex deo:ſed ſicut
ſaluatoꝛ dicit a malo ẽ. At ille his auditis
quieuit:blandaꝫ nanq̃ eius coꝛreptioneꝫ
equanimiter tulit: ⁊ cuꝫ oꝛationem domi/
no obtuliſſemus:poſt finẽ vnus ex fratri/
bus noſtris tertiano typo ideſt febre gra
uiſſime vexabatur: ⁊ rogabat hominem
dei: vt ab eo curaretur. Qui ait ad eum.
Rem tibi neceſſariam cupis abijcere.
vt eniꝫ coꝛpoꝛa nitro vel alijs huiuſmodi
liniamẽtis abluuntur a ſoꝛdibus:ita ale a
languoꝛibus alijſq̃ huiuſmodi caſtigatio
nibꝰ purificãt. Et poſtq̃ de his nobis mul/
ta per doctrinaꝫ myſticaꝫ diſſeruit:bene/
dicens tamen oleuꝫ dedit ei. Quo perun/
ctus eger omnem continuo abundanti
aꝫ fellis euomuit: ⁊ ſaniſſimus redditꝰ pe/
dibus ſuis ad diuerſoꝛium rediit. Poſt
hec iubet officia erga nos humanitatis
atq̃ hoſpitalitatis expleri: ⁊ coꝛpoꝛis cu/
ram geri. Ipſe vero ſui negligens:noſtri
ſollicitus erat. Iaꝫ eniꝫ continuo vſu ⁊ iu
gi conſuetudine.nec recipere cibum niſi i
veſperuꝫ poterat: ⁊ hunc exiguum. Erat
autem attenuati ⁊ aridi coꝛpoꝛis:pꝛe ab/
ſtinentia. capilli eiꝰ ⁊ barba quaſi ex lan/
goꝛe nimio rara ⁊ tenuis: vtpote queꝫ nul
lus ſufficiens cibus nutriret:nec letioꝛ ali/
quis humoꝛ infunderet. Obſeruabat enĩ
tunc:cum iaꝫ nonagenariaꝫ vt ſupradixi/
mus ageret etatem: vt nullum: vt paucis
vtar verbis:per ignem paratum ſumeret
cibũ: Igitur poſt hec hoſpitalitatis officia
regreſſos ad ſe ſedere nos iubet: ⁊ tũc de
mum quidem: vnde uel cur aduenerimus
inquirit:cuꝫ iam nos letos ⁊ omni cũ gau
dio tanq̃ notos pꝛopꝛios ſuſcepiſſet. Cũq̃
reſpondiſſemus ꝙ de hieroſolymis ad eũ
vtilitatis ⁊ pꝛofectus anime noſtre cauſa
veniſſemus: vt ea que oliꝫ ad audituꝫ no/
ſtrũ fama ptulerat: ipſi nũc oculis noſtris
cerneremus. quomodo quideꝫ tenaciꝰ ſo/
lent inherere memoꝛie:ea que oculus vi/
derit q̃ que auris audierit. Tunc bea/
tus Joãnes vultu placidiſſimo ⁊ quaſi ſub
ridens ex abũdantia leticie:hoc modo re
ſpondit ad nos. Miroꝛ inquit admoduꝫ
dulciſſimi pueri laboꝛem vos tãti itineris
ſuſcepiſſe:cum nihil ad hec dignuꝫ i nobis
videre poſſitis. Homines enim ſumus hu
miles ⁊ exigui:nihil habẽtes i nobis quod
vel expeti debeat vel mirari. Et tamen



etiaꝫ ſi eſſet aliquid in nobis ſm opinionẽ
veſtrã:nũquid tale quale [illegible]gitis i pꝛophe
tis dĩ ⁊ apoſtolis? Qui vtiq̃ ob hoc i oĩbꝰ
dei eccleſijs recitantᷣ: vt exempla vite ho
minibus nõ de lõginqs ⁊ peregrinis locis
querantur: ſꝫ domi vnuſquiſq̃ ⁊ apud ſe
habeat qđ debeat imitari. Unde plurimũ
miroꝛ itentionem veſtri laboꝛis ac ſtudij:
ꝙ pꝛofectus anime veſtre cauſa:tãtas ſu
perare regiões tãtoſq̃ laboꝛes adire vo/
luiſtis: cum nos eouſq̃ pigritia deſidiaq̃
cõſtringat: vt nec cellulas noſtras pgredi
audeamus. Uerũtamen quoniaꝫ putatis
eſſe i nobis aliquid ex q̃ pꝛoficere debe/
atis. Hoc pꝛimum vobis indicanduꝫ eſt.
vt hoc ipſum quod veniſtis ad nos ⁊ tãtũ
laboꝛem videndi nos ſuſcepiſtis. ne iactã
tiam alicuiꝰ habeatis pꝛoſpectum: vt non
tam pꝛoficere ad animi virtuteꝫ q̃ pꝛofer
re ſe ⁊ iactare vnuſquiſq̃ veſtrũ velit: p
eo ꝙ viderit eos:q apud alios ex auditu
ſolo cogniti videantᷣ. Graue eſt iactantie
vitiuꝫ ⁊ periculoſuꝫ nimis. ⁊ qđ de ipſo eti
am perfectionis faſtigio deijcit animas: ⁊
ideo hoc uos pꝛimo omnium cauere vo/
lo. Eſt autẽ ſpecies mali huiꝰ duplex qui
dem: Nonnullis enĩ accidit in ipſis ſtatiꝫ
initijs cõuerſionis ſue:cuꝫ parum aliquod
vel abſtinentie impenderit. vel pecunie i
pauperes erogauerit: ⁊ cum de eis ita ſen
tire debeãt:quaſi quod impediret abiece
rint. ita agunt ⁊ ita ſentiunt: q̃ſi eminenti
oꝛes ſint illis quibꝰ aliquid elargiti ſunt:
Alia vero eſt iactantie ſpecies:cum quis
ad ſummam virtuteꝫ perueniens. non to
tum deo:ſꝫ ſuis laboꝛibꝰ ac ſtudiis depu
tat: ⁊ dum ab hominibꝰ gloꝛiã querit: per
dit eaꝫ q̃ a deo ẽ: pꝛopter quod filioli mei
fugiamus omni genere iactantie vitium:
ne foꝛte incurramus euꝫ lapſum: queꝫ di/
abolus incurrit. Tunc pꝛeterea coꝛdi nr̃o
⁊ cogitationibus pꝛecipua adhibenda eſt
diligentia. Obſeruandũ nãq̃ eſt:ne qua
cupiditas. ne qua voluptas praua: ne qđ
deſiderium vanum: ⁊ quod nõ eſt ſecũdũ
deum radices in coꝛde noſtro defigat. Ex
huiuſmodi enim radicibꝰ continuo pullu
lant vage ⁊ inutiles cogitationes: ⁊ intan
tum moleſte ſunt: vt nec oꝛãtibꝰ nobis ceſ
ſent:nec in conſpectu dei conſiſtentibꝰ no
bis: ⁊ pꝛecibus pꝛo ſalute noſtra offerenti
bus erubeſcant:ſed rapiunt a nobis capti
uam mentẽ: ⁊ cũ coꝛpoꝛe ſtare videamur
i oꝛatione:ſenſu ⁊ cogitatione euagamur
⁊ ducimur per diuerſa. Si quis ergo ẽ:q
ſe putat renũciaſſe mundo ⁊ operibꝰ dia/
boli:non ſufficit i eo renunciaſſe vt poſſeſ
ſiones ⁊ pꝛedia ceteraq̃ ſeculi negocia re
liquerit:niſi etiã pꝛopꝛiis vitiis renũciaue
rit: ⁊ inutiles ac vanas abiecerit volupta
tes. Hec enim ſunt de quibꝰ apoſtolus di
cit. Deſideria vana ⁊ nociua: que mergũt
hominem in interituꝫ. Hoc eſt ergo vere
renunciaſſe diabolo ⁊ operibus eiꝰ. Dia
bolus enim per alicuius vitij occaſionẽ ⁊
praue voluptatis aditum irrepit i coꝛ no
ſtrum quia vitia ex parte illius ſunt:ſicut
virtutes ex deo ſunt:ſi ergo ſint vitia i coꝛ
de noſtro:cum venerit pꝛinceps corũ dia
bolus quaſi pꝓpꝛio auctoꝛi dãt locuꝫ: ⁊ in/
troducunt eũ velut ad poſſeſſionem ſuã.
Et inde ẽ ꝙ nunq̃ huiuſmodi coꝛda pacẽ
habere poſſunt: nunq̃ quieteꝫ: ſed ſemp
cõturbantur:ſemper terrentur: ⁊ nũc va
na leticia:nũc inutili triſticia depꝛimunt.
Habent enim ĩtra ſe habitatoꝛẽ peſſimũ:
cui introeundi ad ſe locũ per paſſiones ſu
as ⁊ vitia fecerũt. Econtra hõ mẽs que
uere renunciauit mũdo:hoc eſt: que abſci
dit ⁊ amputauit a ſe omne vitium: ⁊ nullũ
introeunti ad ſe diabolo reliquit aditum:
iracundiam cohibet:furoꝛeꝫ repꝛimit:mẽ
dacium fugit: execratur inuidiaꝫ: ⁊ nõ ſo
lum non detrahere:ſed ne malum quideꝫ
ſentire aut ſuſpicari de pꝛoximo ſuo patitᷣ:
que fratris gaudia ſua dicit ⁊ triſticiaꝫ eiꝰ
ſuaꝫ triſticiã deputat. Que hec ergo ⁊ ho
ruꝫ ſimilia obſeruat mens ſpiritui ſancto
aperit i ſe locum. Qui cum ingreſſus fue/
rit ⁊ illuminauerit eam: ſemper ibi iam
gaudia: ſemper leticia. ſemper caritas:
patiẽtia longanimitas:bonitas. ⁊ omnes
q ſunt fructus ſpiritus oꝛiuntur. Et hoc
erat qđ dicebat dominus i euãgelio. Nõ

poteſt arboꝛ bonā malos fructus facere:
neque arboꝛ mala fructus bonos facere.
Ex fructibus enim pꝛobatur arboꝛ ⁊ co/
gnoſcitur. Sunt autem nonnulli qui ui
dētur ſeculo renunciaſſe ⁊ curam nō ad/
hibent ad mundiciam coꝛdis neqꝫ vt vi/
tia ⁊ paſſiones reſecent ex anima ſua: mo
reſqꝫ componāt:ſꝫ hoc tantuꝫ ſtudent. vt
videant aliquos ſanctoꝛuꝫ patrum. ⁊ au/
diant ab eis aliqua verba. que narran/
tes aliis: glorientur ſe ab illo vel illo didi/
ciſſe. Et ſicubi foꝛte vel audiendo vel le
gendo parum aliquid ſciētie acquiſierit:
continuo doctoꝛes fieri volunt ⁊ docere.
non ea que egerint:ſed que audierit ⁊ vi/
derint: deſpicientes ceteros. Affectāt ipſi
ſacerdotium. atqꝫ immergere ſe conātur
ad clericatum:neſciētes quia minoꝛis cō
demnatiōis eſt: ſiquis ipſe virtutibus pol
leat ⁊ alios tamen docere non audeat: q̄ꝫ
ſi ipſe paſſionibus ⁊ vitiis pꝛematur: ⁊ ali
os de virtutibus doceat. Sic ergo filioli
mei: neqꝫ fugiendū omnimodis dicimus
clericatum vel ſacerdotium: neqꝫ ruſus
omnimodis expetendum:ſed danda ope
ra eſt: vt vitia quideꝫ a nobis depellātur.
⁊ virtutes animi conquirantur: dei auteꝫ
iudicio relinquendum eſt:quem velit:etſi
velit aſſumere ſibi ad miniſterium. vel ad
ſacerdotium. Non enim qui ſeipſuꝫ īgeſ/
ſerit:ſed quem dominus aſſumpſerit: ille
pꝛobatus eſt. Monachi autē illud opꝰ
eſt pꝛecipuum vt oꝛationem puram offe/
rat deo:nihil habens in conſcientia repre
henſibile:ſicut dominus dixit in euange/
lio. Cum ſteteritis ad oꝛationem. remitti/
te fratribus veſtris ſi quod habetis cōtra
eos:ex coꝛdibus veſtris. niſi enim remi/
ſeritis fratribus veſtris:nec vobis remit/
tet pater veſter celeſtis. Si autem remiſe
ritis fratribus veſtris: ⁊ vobis remittet
pater veſter qui in celis eſt. Si ergo mun
do: vt ſupradiximus:coꝛde aſtiterimꝰ an/
te deum: ⁊ liberi ab omnibus his vitiis ⁊
paſſionibus que ſupradiximuꝰ: poterimꝰ
inquantum poſſibile eſt:etiam deum vi/
dere: ⁊ oꝛantes oculos coꝛdis noſtri ī ipm

dirigere: ⁊ videre inuiſibilem mente non
coꝛpoꝛe:intellectu ſcientie:nō carnis aſpe
ctu. Nemo enim ſe putet poſſe ipſam ſi/
cut eſt diuinam ſubſtantiam contueri: ita
vt ſpēm ſibi aliquam aut imaginē fingat
in coꝛde coꝛpoꝛeam: alicuius imaginis ſi/
milem. Nulla foꝛma ī deo cogitetur: nul
la circumſcriptio:ſed ſenſus ⁊ mens: q̄ ſen/
tiri quidē poſſit: ⁊ perſtringere mētis affe
ctum:non tamē compꝛehendi aut deſcri/
bi aut enarrari valet. Et ideo opoꝛtet cū
omni reuerentia ⁊ metu accedere ad euꝫ.
⁊ ita in eum librare mētis intuitum: vt oē
quicquid poteſt ſplendoꝛis: claritatis: ful/
goꝛis: maieſtatis: mens humana conſpice
re ſuper omnia eē euꝫ ſentiat ſemper: ⁊ h̄
ſicut diximus ſi pura mēte fuerit:nec ul/
lis praue voluptatis ſoꝛdibus occupata:
Et ideo in hoc maxime opoꝛtet operā da
re eos: qui renūciare ſeculo: ⁊ deuꝫ ſequi
videntur:ſicut ſcriptum ē. Uacate ⁊ co/
gnoſcite quoniā ego ſum deꝰ. Si ergo co
gnoueritis deum inquātuꝫ homini cogno
ſcere poſſibile eſt:tunc demum etiam reli
quoꝛum que ſunt:ſcientiaꝫ capiet: ⁊ miſte
ria dei agnoſcet: ⁊ quāto purioꝛ in eo fue
rit mens tāto plura ei reuelat deꝰ: ⁊ oſtē
dit ei ſecreta ſua. Amicus enim iam effici
tur dei: ſicut illi quibus in euāgelio dice/
bat ſaluatoꝛ. Jam non dico vos ſeruos ſꝫ
amicos: ⁊ omne quicquid petierit ab eo
tanq̄ꝫ ab amico caro: pꝛeſtat ei deus. Jp̄e
quoqꝫ virtutes angelice ⁊ cūcta myſteria
diuina: tanq̄ꝫ amicum dei diligunt eum:
⁊ obſequūtur eius petitionibꝰ. Et hic eſt
quem a caritate dei que eſt in x̄po Jh̄u:
neqꝫ moꝛs ſeparat: neqꝫ vita: neqꝫ āgeli/
neqꝫ pꝛincipatus: neqꝫ poteſtates: neqꝫ
alia creatura. Et ideo cariſſimi quādoqui
deꝫ hoc elegiſtis: vt deo placeatis: ⁊ ad ca
ritatem eius p̱ueniatis: date operā alieni
effici ab omni iactantia: ab omni vitio ani
mi: ab oībꝰ delitiis coꝛpoꝛalibꝰ. Delitias
autem coꝛpoꝛales nō ſolum illas putetis
quibꝰ homines ſeculi fruunť:ſed abſtinen
ti delitie credende ſunt quicq̄d pꝛo cupidi
tate ſumpſerit: etiā ſi vile illud ſit. ⁊ quod



in vſu eſſe abſtinentibus ſolet. Aqua de/
niqꝫ ipſa vel panis ſi cuꝫ cupiditate ſuma/
tur. ideſt non vt neceſſitate coꝛpoꝛis: ſed
vt animi deſiderio ſatiſfiat: hoc etiam ab/
ſtinenti in delitiaruꝫ vitiū ducitur. Opoꝛ
tet enim in omnibus conſueſcere: animaꝫ
vitio carere. Jdeo deniq̄ꝫ dn̄s docere vo
lens animaꝫ deſiderijs ⁊ voluntatibus ſu
is reſiſtere: dicebat. Jntrate per anguſtaꝫ
poꝛtaꝫ: quia lata eſt ⁊ ſpacioſa via que du
cit ad moꝛteꝫ: anguſta autem ⁊ arta via ē
que ducit ad vitaꝫ. Lata eſt ergo via ani/
me: cū qualicunq̄ꝫ deſiderio ſuo ſatiſfece
rit: anguſta vero eſt cum voluptatibus ſu
is repugnat. Multum tamen pꝛodeſt ad
hec obtinenda ſecretioꝛ habitatio: ⁊ cōuer
ſatio ſolitaria: quia interdum per occaſio/
nem aduentātium fratruꝫ: ⁊ euntiū ac re/
deuntiū frequentiam: abſtinentie ⁊ parſi/
monie frena laxantur: ⁊ per huiuſmodi oc
caſiones venitur paulatiꝫ in conſuetudi/
nē ⁊ vſum delitiarū: ⁊ ſic interdum etiam
perfecti iam viri capiuntur. Jdeo deniqꝫ
⁊ Dauid dicebat. Ecce elongaui fugiens
⁊ manſi in ſolitudine: expectabam eū qui
ſaluum me faceret a puſillo animo ⁊ tem/
peſtate. Poſtq̄ꝫ auteꝫ multa nobis ſan/
ctus Joannes de iactantie vitio aliiſq̄ꝫ
q̄ꝫplurimis vtiliter diſſeruit: ad vltimum
dixit. Referaꝫ autem vobis: quid etiam
nuper cuidam ex fratribus noſtris accide
rit: vt cautioꝛes vos pꝛecedentia exēpla
conſtituant. Erat quidam apud nos mo/
nachꝰ ī hac vicina heremo cōmanēs: cui
habitaculuꝫ ſpelunca erat: vir ſumme ab
ſtinentie: quottidianum victuꝫ laboꝛe ma
nuuꝫ querēs: in oꝛationibus die noctuqꝫ
perſiſtens. cunctiſqꝫ animi virtutibus flo
rens. Sed hic letis ſucceſſibus elatus: cō
fidere quaſi ī pꝛofectibus ſuis cepit: ⁊ nō
deo totum: ſed ſibimetipſi quod pꝛofece/
rat deputare. Hanc autem eius intuens
animi pꝛeſumptionem tentatoꝛ: continuo
accedit: ⁊ laqueos parat. Quadā nanqꝫ
die ad veſperam: fingit ſpeciē decoꝛe mu
lieris oberrantis per heremuꝫ: que velut
feſſa poſt nimium laboꝛē accedēs ad oſti

um ſpelunce monachi ſe laſſabundam ſi/
mulans ac fatigatam intrinſecus ſemet/
ipſam pꝛoiecit: atqꝫ aduoluta genubꝰ vi/
ri vt miſereatur exoꝛat. Nox enim me in/
felicem inquit in heremo latitanteꝫ com/
pꝛehendit: iube me requieſcere in angu
lo cellule tue: ne foꝛte efficiar nocturnis
beſtijs pꝛeda. At ille pꝛimo miſerationis
obtētu: recepit eā ītra ſpelūcā: regrēs q̄ ei
cauſa errādi p̱ heremū fuerit. Jlla cauſaꝫ
fingit ſatis accurate: ⁊ iteriꝫ venena blā/
dimētoꝝ atq̄ꝫ illecebꝛe virus p̱ oēꝫ textū
narrationis interſerit: nūc ſe miſandam:
nūc etiā defēſiōe dignā oſtēdēs: elegātia
⁊ ſuauitate ſermonis inclinat animū ho/
minis: ⁊ ī affectū ſui illecebꝛoſo amoꝛe de
flectit. Hic iā inť blādioꝛa colloq̄a iocꝰ ri/
ſuſq̄ꝫ miſcentur: manus etiā p̱cax ad men
tuꝫ barbāq̄ꝫ quaſi venerādi ſpecie p̱tēdit.
tuꝫ x̄o palpare ceruicē molliꝰ: colliūqꝫ le
nigare. Quid multa? Ad vltimū captiuū
ducit militē x̄pi. Continuo eniꝫ p̱turbari
intra ſemetipſum: ⁊ libidinis fluctibus
eſtuare cepit nequaq̄ꝫ laboꝝ p̄teritoꝝ: ne
quaq̄ꝫ p̱feſſiōis ac p̱poſiti ſui memoꝛ. Pa
ciſciť cū coꝛdis ſui ꝯcupiſcētia: ⁊ intra ar/
chana cogitationū ſuaꝝ fedus cū falſa cu
piditate cōponit. Jncliat ſtultꝰ latera ſua
⁊ efficiť ſicut equꝰ ⁊ mulꝰ qbꝰ n̄ ē ītellectꝰ.
Atq̄ꝫ vbi obſcenos iā cōabať inire ꝯplexꝰ
illa. vlulatū teterrimū dire vocis emittēs
vmbra vt erat tenuis: p̱ manꝰ āplectentis
elabiť: ipm q̄ꝫ dedecoꝛoſis motibꝰ inanes
auras ſectāteꝫ: fediſſima cū irriſiōe deſe/
ruit. Tūc p̄terea multitudo demonū ī ae
re ad hoc ipm ſpectaculū ꝯgregata: clamo
re īgēti: cū cachinno expꝛobꝛatiōis eleua/
to o īgūt monache mōache q̱ te vſq̄ꝫ ad ce
lū extollebas: quō dimerſus es vſq̄ꝫ ī ifer
nū? Diſce ḡ: q2 q̱ ſe exaltat: humiliabitur.
Tūc ille velut amēs effectꝰ: ⁊ deceptiōis
ſue pudoꝛē n̄ ferēs: grauiꝰ a ſemetip̄o ꝯci
piť. q̄ꝫ fuerat a demonibꝰ deceptus. Cum
eni ꝯbuiſſet reparare ſemetipꝫ: ⁊ renoua
re certamē: ac ſatiſfactione ſui lachꝛymis
⁊ humilitatis fructibꝰ: pꝛioꝛis elatiōis cul/
pam delere: hoc nō faciens ſed deſperans

ſemetipſum ſicut apoſtolus dixit tradidit
omni impudicitie ⁊ iniquitati: regreſſus
eſt enim ad vitam ſecularem: preda de/
monum factus. Refugit nanqꝫ conſpe/
ctus omnium ſanctorum: ne quis poſſet
eum ſalutaribus monitis de precipitio re/
uocare. Si enim reddere ſemetipſum pri/
ori vite ⁊ abſtinētie voluiſſet: recuperaſ/
ſet ſine dubio ⁊ locum ⁊ gratiam. De
nique audite quid ⁊ de alio viro geſtum
ſit: ſimiliter quidem temptato: ſed non ſi/
mili exitu tēptationis effuſo. Fuit quidaꝫ
vir in hac proxima ciuitate vitam turpiſ/
ſimam per omne facinus ducens: ita vt
opinatiſſimus ī flagitiis haberetur. Hic
aliquando dei miſeratione compunctus
ad penitentiam conuertitur: ⁊ intra ſepul
chrum ſe quoddam concludens priorum
ſcelerum pollutiones. lachrimarum fon/
tibus diluebat: diebus ac noctibus in fa
ciem proſtratus: ⁊ nec alleuare quidem
auſus oculos ad celum: neqꝫ voceꝫ emit/
tere: ⁊ nomen dei nominare: ſed ī ſolis ge
mitibus ⁊ fletibus perdurabat: ⁊ tanꝙ
viuens ſepultus de inferno iaꝫ quodam/
modo mugituꝫ cordis gemitumqꝫ redde/
bat. Cūqꝫ in his poſito eo ſeptimana vna
tranſiſſet: noctu ueniunt ad eum demo/
nes in ſepulchro clamantes: ⁊ dicentes.
Quid eſt hoc qđ agis o impuriſſime ⁊ fla/
gitioſiſſime? poſteaꝙ oī ſpurcitia oīqꝫ ī/
puritate ſatiatus es: nunc vis caſtus ⁊ re
ligioſus procedere. ⁊ poſteaꝙ conſenuiſti
in ſceleribus: nec iam ſufficiunt vires ad
facinora delenda: nunc chriſtianus vide/
ri vis: ⁊ pudicus ⁊ penitēs: quaſi vero ali
us tibi iam vllus poſſit dari locus ſatiato
in malis: niſi ille qui tibi nobiſcuꝫ debet.
Unus ex nobis es: alius iam eſſe non po/
teris. Redi ergo magis: redi ad nos: ⁊ qđ
ſupereſt tibi tempus: in perfruenda volu/
ptate non perdas: preparamus abundan
tes delitias. preparamus ſcorta nobiliſſi/
ma ⁊ cuncta alia que florem tibi poſſint
reparare gratiſſime iuuentutis. Quid te/
metipſū vāis ⁊ inanib⁹ ꝯficis cruciatib⁹?
quid temetipſum ante tempus ſupplicijs
tradis? Quid enim aliud eris paſſurus
in inferno: niſi hoc quod nunc tibiipſi con/
citas? Si te pena delectat expecta paulu
lum ⁊ inuenies paratam: nunc interiꝫ fru
ere muneribus noſtris: que dulcia ſemꝑ ⁊
grata duxiſti. Hec ⁊ huiuſmodi plura
exprobrantib⁹ eis: ille iacebat immobilis.
nec auditum quidem ſuum conuertēs ad
eos: nec vllum penitus ſermonem reſpon
dens. Cumqꝫ illi ſepius ⁊ eadeꝫ repeterēt
⁊ alia duriora: nec ille omnino moueret:
in furorem prolapſi demones: vbi vide/
runt verba contemni: verberibus eum
aggreſſi ſunt: multiſqꝫ ſupplicijs excrucia
tum ſeminecem reliquerunt. Nec tamen
in tot tantiſqꝫ cruciatibus moueri ſaltim
potuit a loco: in quo orationis cauſa iacu/
erat. Poſtera die quidam ſuorum requi/
rentes eum humanitatis dūtaxat gratia:
inueniunt penis incredibilibus effectum:
⁊ cauſam percunctantes cum didiciſſent:
rogabant vt cure gratia reportari ſe ad
domum propriam pateretur. Abnegat: ⁊
in eodeꝫ permanet loco. Tunc vero ⁊ ſe/
quenti nocte repetentes demones: graui/
oribus cum verberibus cruciabant. Sꝫ
nec ſic quidem moueri voluit a loco: me/
lius eſſe dicēs morteꝫ ſubire ꝙ vltra de/
monibus obedire. Nihilomin⁹ tertia no
cte multitudo cōuenit demonum: ⁊ abſqꝫ
vlla miſeratione irruentes in euꝫ: omnib⁹
penis cruciatibuſqꝫ conficiunt. Cūqꝫ iaꝫ
corpus defeciſſet in ſupplicijs: extremus
tamen ſpiritus obſiſtebat imperio demo
num. Quod vbi impij peruiderunt. excla
mantes voce magna: viciſti inquiunt vi/
ciſti: ⁊ mox velut virtute quadam celitus
fugati: precipites abſcedunt: nec vltra ei
quicꝙ ſue artis aut ſceleris intendunt.
Ipſe vero intantum virtutibus animi ꝓ/
fecit: ⁊ ita ornatus moribus effectus ē ac
totius diuine gratie gloria repletus: vt
omnis hec regio quaſi e celo eum lapſum
videret: ⁊ vnum eſſe ex numero crederet
angelorū: omnes pene ſimul atqꝫ vno ore
dicentes: hec eſt mutatio dextere excelſi.
Quanti exēplo ei⁹ q tā ſemetipſos deſpe/



rauerant: rurſus ꝑ penitentiā ad ſpem ſalu
tis regreſſi ſunt: ⁊ emēdationē ſui quaꝫ pri
us deſperauerāt: ꝓſumpſerūt: quāti ammi
ratione eius de ipſo iam īferno peccato/
rum retracti ſunt: ⁊ ad virtutis indoleꝫ re
parati? Illo nāqꝫ tanta immutatione con
uerſo: omnibus omnia viſa ſunt poſſibilia
Non ſolum autem emendatio morum flo
rebat in eo ⁊ aſſumptio virtutum: verum
⁊ gratia dei plurima ei collata eſt. Signa
enim ⁊ prodigia que ab eo facta ſunt quā/
tum apud dominum haberet meritum te
ſtabantur. Sic humilitas ⁊ conuerſio bo/
noꝝ omnium materiam prebet: elatio ve/
ro ⁊ deſperatio interitus ⁊ mortis eſt cā.
Ad effugiendum vero periculi lapſuꝫ
⁊ conquirendam dei gratiam: atqꝫ ipſius
diuinitatis euidentiorem noticiam capiē/
dam: plurimum prodeſt ſecretior cōuerſa/
tio: ⁊ heremi interioris habitatio. Quod
vos non tam verbis ꝙ rebus ipſis ⁊ exē/
plis melius docere puto. Fuit quidaꝫ
monachus qui in heremo hac que pre ce/
teris interior eſt: habitabat. Hic cum plu/
res annos in abſtinentia perduraſſet ⁊ ꝓ/
uectus tempore prope iam ad ſenilem ve
niſſet etatem: omni virtutum flore ador/
natus: ac totius continentie magnitudine
ſublimatus. Qui cum in orationibus et
hymnis ſedule deo deſeruiret: tanꝙ me/
rito militi ſuo dominus remunerationes
parat: vtpote qui in corpore adhuc poſit⁹
inſtar angelorum incorporee vite officijs
fungeretur: dignum iudicans annonam
celeſtem prebere ei in deſerto: qui celeſtē
regem peruigilibus preſtolabatur excubi
is: vt digne frueretur celeſtibus alimoni/
is. Uolens ergo deus etiam in hoc ſeculo
remunerare eius fidele propoſitum: ad
prouidentie ſue ſollicitudineꝫ quottidiani
victus eius reuocat curam. Ut enim cibi
vſum popoſciſſet nature neceſſitas: ingre
diens ſpeluncam ſuam: inueniebat men/
ſe panem ſuperpoſitum: mire ſuauitatis:
miriqꝫ candoris. Ex quo refectus: ⁊ grati
as diuine prouidentie referens: rurſus ad
hymnos ⁊ orationes conuertebatur. Ad
quem multe etiam reuelationes: multeqꝫ
de futuris rebus: a deo premonitiones fi
ebant. In his ergo talibus ac tantis profe
ctibus poſitus: quia gloriari quaſi de me/
ritis ſuis cepit: ⁊ celeſtis beneficij munus:
vite ſue meritū duxit. Continuo ſubintrat
eum parua quedam deſidia animi: tam
parua quam nec poſſet aduertere. Poſt
hec creuit maior negligentia: ita vt tardi/
or iam fieret ad hymnos: ſed ad orationeꝫ
pigrius ſurgeret. Pſalmi quoqꝫ ipſi nō ea
qua prius vigilantia ab ipſo canerentur.
ſed vbi parum quid exhibitum fuiſſet ſoli/
ti miniſterij: anima eius quaſi nimio labo/
re fatigata requieſcere feſtinabat: quia ſē
ſus eius reprobus effectus: de ſublimiori/
bus ad inferiora corruerat: ⁊ cogitatiōes
ſue per diuerſa cum precipitia rapiebant.
Erat enim iam in corde eius clandeſtina
quedam ⁊ turpis ac nefanda cogitatio: cō
ſuetudo tamen prior velut ſi decurſus aꝗ
etiam ceſſante remigio adhuc priore impe
tu nauigium ferat: ita ⁊ vetus īſtitutio ad
conſueta homineꝫ officia trahebat: ob quā
cauſaꝫ ⁊ adhuc ſtare in ſuo ſtatu videbat.
Hic ergo cum poſt orationes cibum ſolitū
requiſiſſet ad veſperam: ingreſſus locū: ī q
refici conſueuerat: inuenit ſolitum panem
menſe ſuperpoſitum: ex quo refectus: ni/
hil de eorum que in corde ſuo verſabant
emendatione curauit: neqꝫ immutationis
ſue damna perſenſit: ſed ſpernendo mini/
ma paulatim ſe caſurum non intellexit.
Interea cum graui iam libid nis incēdio
ſtimularetur: ⁊ inflāmatus turpi concupi
ſcentia raperetur rurſus ad ſeculum: illa
interim die cohibuit ſe: ⁊ ſolita hymnoruꝫ
⁊ orationum miniſteria ex more perſoluit:
atqꝫ ingreſſus vt cibum ſumeret panem
quidem inuenit menſe ſuperpoſitum: ſed
aliquantulum ſordidiorem. Ammiratus
eſt et triſtis effectus: intellexit ꝙ ipſum
reſpiceret hoc genus monſtri: tamen cibo
ſumpto refectus eſt. Poſt in diem tertiuꝫ
replicatis vrgeri ſtimulis cepit. occupaue
rant enim cogitationes eius quaſi iam ꝓ/
ſentis ⁊ ſecum poſite: ſecumqꝫ accumben/

tis imago mulieris: quaꝫ ⁊ complecti ſibi
videbatur: ⁊ ad turpes vſus habere ſub
ſtratam. Proceſſit tamen ⁊ ſequenti die
ad ſolita pſallendi ⁊ orandi officia: ſed ſta/
bat vagus oculis: ⁊ mente captiuus. Cū/
qꝫ ſolito ingreſſus ad veſperā requireret
cibum: panem quidem inuenit ſuper men/
ſam: ſed ſordidiſſimum ac aridiſſimum: ⁊
quaſi muribus vel canibus vndiqꝫ corro/
ſum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit: ⁊ la
chrymas fudit: ſed nō ita ex corde nec ita
vberes: q̄ poſſēt flāmā tāti ignis extingue
re. Verūtamē ſumit cibū: ſꝫ neqꝫ q̄lē ꝯſu/
euerat neqꝫ quātū ſolebat. Cum interim
cogitationes eum tanq̄ꝫ cohors barbari/
ca eum vndiqꝫ circūuallāt: ⁊ omni ex par
te in eum tela iaculantur: ac vinctum ca/
ptiuumqꝫ eum ad ſeculum trahunt. Exur
gens ergo: cepit iter agere noctu per here
mum: ⁊ tendere ad ciuitatem: ſed vbi dies
facta eſt: ciuitas quideꝫ adhuc longe abe/
rat. Ipſe vero cum rapidiſſimo eſtu tor/
queretur ⁊ fatigaretur in heremo vndiqꝫ
verſus: cōſiderare oculis cepit ⁊ regrere:
ſicubi eſſet in vicino monaſterium. Et cū
reſpexiſſet fratrū quorundaꝫ cellulam: tē
debat illuc: vt apd̄ eos requieſceret. Quē
vbi adeſſe ſenſere ſerui dei: continuo pre/
currunt in obuiam: ⁊ velut angelum dei
excipientes adorant: pedes lauant: ad ora
tionem inuitant: menſam ponunt: atq̄ꝫ oīa
ſecundum diuinum mandatum complent
caritatis officia. Verum vbi refectus eſt:
⁊ paululum requieuit: ex more quaſi ab
eruditiſſimo patre ceperunt verbum edi/
ficationis expetere ac monita ſalutis inq/
rere. Interrogauere quoqꝫ eum quomo/
do quis diaboli laqueos poſſit effugere:
aut ſiquando turpes iniecerit animo cogi
tatiōes: quomodo depelli poſſint ⁊ abijci.
Tum ille vt compulſus: eſt monita fratri
bus dare: ⁊ ſalutis eos viam docere: ac
de inſidijs demonum quas ſeruis dei
intendunt: facere ſermonem: illos qui/
dem plane ⁊ ſufficienter docuit: ſibi vero
ipſi ſtimulos cōpūctionis īfixit: ⁊ ī ſemet
ipſum regreſſus ait. Quomodo ego ali/
os moneo ⁊ ipſe decipior: aut quomodo

alios corrigo qui meipſum non emendo?
Age ergo miſer: facito ipſe prior que face
re alios doces. Cumq̄ꝫ huiuſmodi increpa
tionibus vteretur aduerſus ſemetipſum:
⁊ intellexiſſet ſe miſerabiliter ſupplantatū
Vale dicens fratribus: continuo ſe curſu
rapidiſſimo in heremum dedit: ⁊ ad ſpelū/
cam de qua diſceſſerat: redijt proſternens
ſe domino in oratione dicens. Niſi domi/
nus adiuuiſſet me: paulomin⁹ habitaſſet
in inferno anima mea. Et iterum: paulo/
minus fui in omni malo: ⁊ paulo minus
conſumauerunt me in terra: In hoc ve
ro completum eſt quod ait ſcriptura.
Frater fratrem adiuuans exaltabitur: ſi/
cut ciuitas munita ⁊ fortis. Poſt hec ergo
permanſit omni vita ſua in luctu ⁊ lachry
mis: videns diuinitus ſibi conceſſum cele
ſtis menſe beneficium perdidiſſe: cepit enī
in labore rurſus ⁊ ſudore vultus ſui man/
ducare panem ſuum. Concluſit autem ſe
intra ſpeluncam: atqꝫ in cilicio ⁊ cinere ia
cens: tādiu lugens flenſq̄ꝫ permanſit ī ora
tionibus: donec aſſiſtens ei angelus domi
ni diceret ad eum. Suſcepit dominus pe
nitentiam tuam ⁊ repropitiatus eſt tibi: ſꝫ
caue ne vltra elatus decipiaris. Venient
ad te autem fratres quos tuipſe docuiſti
deferentes tibi benedictiones: quas ſuſci
pere ne recuſes: ⁊ ſumens cum eis cibum
age gratias deo tuo. Hec autem locu/
tus ſum vobis filioli mei: vt ſciretis quan
ta ſit ī humilitate firmitas ⁊ ī elatiōe rui/
na q̄ꝫ maxima. Ideo deniq̄ꝫ ⁊ ſaluator no
ſter primā beatitudinē de humilitate do/
cuit: dicēs. Bti paupes ſpū q̄m ipoꝝ ē re/
gnū celoꝝ: ſimul huiuſmodi exēplo diſcen
tes: vt cautiores ſitis ne a demonibus ī co
gitationū ſubtilitate ſeducamini: ꝓpterea
enī ⁊ forma huiuſmodi inť mōachos obſ/
uať: vt ſiqs ad eos veniat ſiue vir ille ſeu
mľier ſit: ſiue ſenex ſiue iuuenis: ſiue igno
t⁹ ſiue not⁹: ante oīa ⁊ orō fiat: ⁊ nomē dn̄i
īuoceť: qꝛ ſi fuerit aliq̄ trāſformatio d̄mo/
nis. ꝯtinuo orone fcā diffu giet. Si vo ī co
gitatiōe vr̄a ſuggeſſerit ipi demōes aliqd
vnde laudari d̄beatis ⁊ extolli: n̄ acqeſca/
tis eis: ſꝫ tūc magis voſmetipos hūiliate ī



ꝯſpectu domini: ⁊ pro nihilo ducite: cuꝫ vo
bis illi aliquid de ſectanda laude ſuggeſſe
rint. Deniq̄ꝫ etiam me frequenter demo/
nes noctibus ſeduxerūt: ⁊ neqꝫ orare me
neqꝫ requieſcere permiſerunt: fantaſias
quaſdā per noctem totam ſenſibus meis
⁊ cogitationibus ſuggerentes. Mane vo
velut quadam illuſione: proſternebant ſe
ante me dicentes. Indulge nobis abba
quia laborem tibi incuſſimus tota nocte.
Ego autem reſpondi ad eos. Diſcedite a
me omnes qui operamini iniquitatem: et
non tentetis ſeruum domini. Et vos ergo
filioli quietem ſilentiumqꝫ diligite: ⁊ ſcien
tie operam date: atqꝫ exercete voſmet/
ipſos vt frequenti collatione mentem ve
ſtram puraꝫ exhibeatis deo: ne orationes
veſtre impediantur apud deū. Quis ete/
nim illi bonuꝫ opus agāt: ⁊ ſit in illis pro/
babilis conſcientia: qui iter ſeculares po/
ſiti: exercentur in operibus bonis: ⁊ occu
pant ſemetipſos actibus religioſis ⁊ ſan/
ctis: vel hoſpitalitatem ſectando: vel cari/
tatis miniſterijs obſequendo: vel miſeri/
cordias ac viſitationes aliaqꝫ huiuſmodi
opera explendo: in quibus alijs quidem
boni ſemper aliquid conferant: ſemetipos
tamen caſtos ſeruent. Sunt ergo et iſti
probabiles ⁊ valde probabiles: qui in bo/
nis actibus placēt deo: ⁊ ſunt operarij in/
confuſibiles mandatorum dei: ſed tamen
hec omnia terrenos habent actus: ⁊ erga
materias corruptibiles geruntur. Qui
vero in exercitio mentis deſudat: ⁊ ſpiri/
tales intra ſemetipſuꝫ excolit ſenſus: lōge
illis ſuperior iudicandus eſt. Locum nāqꝫ
intra ſemetipſuꝫ preparat vbi ſpiritus ſan
ctus habitet: ⁊ obliuionem quodammodo
capiens terrenorum: ſollicitudineꝫ gerit:
de celeſtibus ⁊ eternis. Conſtituit eniꝫ ſe/
metipſum ſemper ante conſpectum dei: ⁊
omnes preſentium rerum ſollicitudines
poſt tergū iaciens: ſolo diuini deſiderij co
lore conſtringitur: ⁊ ideo in laudibus dei
poſitus: ⁊ hymnis ⁊ pſalmis die ac nocte
non poterit ſatiari. Hec ⁊ multa alia his
ſimilia beatus Joannes per triduum con

tinuo loquens ad nos animas noſtras re/
fecit ⁊ inuocauit. Ut autem cepimus vel/
le ab eo proficiſci: datis nobis benedictio
nibus: pergite inquit ī pace o filioli: hoc ta
men ſcire vos volo: q̄ꝫ hodierna die victo
rie religioſi principis Theodoſij alexan/
drie nunciate ſunt de Eugenio tyranno.
Neceſſe eſt autem ⁊ ipſum Theodoſium
non multo poſt: propria morte vitam fini/
re. Cumqꝫ profecti ab eo fuiſſemus: hec
ita geſta eſſe ad fideꝫ comperimus: vt ipe
predixerat. Poſt dies autem paucos inſe
cuti ſunt nos quidam fratres: annuncian
tes nobis q̄ꝫ ipſe ſanctus Joannes ī pace
quieuerit. Obitus auteꝫ ipſius talis qui/
dem fuerat. Per triduum inquiunt nullū
ad ſe introire permiſit: ⁊ poſitis genubus
in oratione reddidit ſpiritum: atqꝫ ita per/
rexit ad dominū: cui ē honor: gloria: laus
⁊ imperium: in ſecula ſeculorum amen.
Explicit vita beati Joannis egyptij.
Vita ⁊ geſta ſācti Hor abbatis: cui di/
uinitus collata eſt litterarum ſcientia:

Idimus ⁊ aliuꝫ apd̄ The
baidem venerabilem viruꝫ. Hor
nomine: hic multorum erat monaſteriorū
pater: qui habitu ipſo honoris videbatur
angelici: nonaginta iam agens etatis an/
nos: barba ꝓlixa ⁊ claritatis canicie ſplē/
dida: vultu ⁊ aſpectu ita letus: vt plus ali
quid habere q̄ꝫ in hominis natura ē viſio
ipſa videretur. Hic prius in vltima here/
mo plurimis abſtinentie laboribus exer/
citatus: poſtremo ī vicino vrbis loco mo/
naſteriū inſtituebat. In adiacentib⁹ auteꝫ
habitatiōis ſue locis: diuerſi generis arbo
ruꝫ ſiluas ipſe ꝑ ſe plātaria ponēdo ꝯſeuit
in quibus vt nobis a plurimis ſanctis pa/
tribus affirmatū eſt: ante illius aduētum
nullum omnino virgultum fuit. Ob hoc
autē plantauit hanc ſiluā: vt fratres quos
inibi congregare cupiebat non haberent
neceſſitatem ligni gratia longius euagā/
di: habens curam ⁊ in his que miniſterio
corporis neceſſaria ſunt: ſed precipue ſalu
tis eorum ac fidei. Ipſe tamen cum eſſet

tis imago mulieris: quaʒ ⁊ complecti ſibi
videbatur: ⁊ ad turpes vſus habere ſub
ſtratam. Proceſſit tamen ⁊ ſequenti die
ad ſolita pſallendi ⁊ oꝛandi officia: ſed ſta/
bat vagus oculis: ⁊ mente captiuus. Cū/
qꝫ ſolito ingreſſus ad veſperā requireret
cibum: panem quidem inuenit ſuper men/
ſam: ſed ſoꝛdidiſſimum ac aridiſſimum: ⁊
quaſi muribus vel canibus vndiqꝫ coꝛꝛo/
ſum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit: ⁊ la
chrymas fudit: ſed nō ita ex coꝛde nec ita
vberes: ꝙ poſſēt flāmā tāti ignis extingue
re. Verūtamē ſumit cibū: ſʒ neqꝫ q̄lē ꝯſu/
euerat neqꝫ quātū ſolebat. Cum interim
cogitationes eum tanq̄ʒ cohoꝛs barbari/
ca eum vndiqꝫ circūuallāt: ⁊ omni ex par
te in eum tela iaculantur: ac vinctum ca/
ptiuumqꝫ eum ad ſeculum trahunt. Exur
gens ergo: cepit iter agere noctu per here
mum: ⁊ tendere ad ciuitatem: ſed vbi dies
facta eſt: ciuitas quideʒ adhuc longe abe/
rat. Ipſe vero cum rapidiſſimo eſtu toꝛ/
queretur ⁊ fatigaretur in heremo vndiqꝫ
verſus: cōſiderare oculis cepit ⁊ regrere:
ſicubi eſſet in vicino monaſterium. Et cū
reſpexiſſet fratrū quoꝛundaʒ cellulam: tē
debat illuc: vt apd̄ eos requieſceret. Quē
vbi adeſſe ſenſere ſerui dei: continuo pꝛe/
currunt in obuiam: ⁊ velut angelum dei
excipientes adoꝛant: pedes lauant: ad oꝛa
tionem inuitant: menſam ponunt: atq̄ʒ oīa
ſecundum diuinum mandatum complent
caritatis officia. Verum vbi refectus eſt:
⁊ paululum requieuit: ex moꝛe quaſi ab
eruditiſſimo patre ceperunt verbum edi/
ficationis expetere ac monita ſalutis ing/
rere. Interrogauere quoqꝫ eum quomo/
do quis diaboli laqueos poſſit effugere:
aut ſiquando turpes iniecerit animo cogi
tatiōes: quomodo depelli poſſint ⁊ abijci.
Tum ille vt compulſus: eſt monita fratri
bus dare: ⁊ ſalutis eos viam docere: ac
de inſidijs demonum quas ſeruis dei
intendunt: facere ſermonem: illos qui/
dem plane ⁊ ſufficienter docuit: ſibi vero
ipſi ſtimulos cōpūctionis īfixit: ⁊ ī ſemet
ipſum regreſſus ait. Quomodo ego ali/
os moneo ⁊ ipſe decipioꝛ? aut quomodo
alios coꝛꝛigo qui meipſum non emendo?
Age ergo miſer: facito ipſe pꝛioꝛ que face
re alios doces. Cumq̄ʒ huiuſmodi increpa
tionibus vteretur aduerſus ſemetipſum:
⁊ intellexiſſet ſe miſerabiliter ſupplantatū
Vale dicens fratribus: continuo ſe curſu
rapidiſſimo in heremum dedit: ⁊ ad ſpelū/
cam de qua diſceſſerat: redijt pꝛoſternens
ſe domino in oꝛatione dicens. Niſi domi/
nus adiuuiſſet me: paulomin⁹ habitaſſet
in inferno anima mea. Et iterum: paulo/
minus fui in omni malo: ⁊ paulo minus
conſumauerunt me in terra: In hoc ve
ro completum eſt quod ait ſcriptura.
Frater fratrem adiuuans exaltabitur: ſi/
cut ciuitas munita ⁊ foꝛtis. Poſt hec ergo
permanſit omni vita ſua in luctu ⁊ lachꝛy
mis: videns diuinitus ſibi conceſſum cele
ſtis menſe beneficium perdidiſſe: cepit enī
in laboꝛe rurſus ⁊ ſudoꝛe vultus ſui man/
ducare panem ſuum. Concluſit autem ſe
intra ſpeluncam: atqꝫ in cilicio ⁊ cinere ia
cens: tādiu lugens flenſq̄ʒ permanſit ī oꝛa
tionibus: donec aſſiſtens ei angelus domi
ni diceret ad eum. Suſcepit dominus pe
nitentiam tuam ⁊ repꝛopitiatus eſt tibi: ſʒ
caue ne vltra elatus decipiaris. Venient
ad te autem fratres quos tuipſe docuiſti
deferentes tibi benedictiones: quas ſuſci
pere ne recuſes: ⁊ ſumens cum eis cibum
age gratias deo tuo. Hec autem locu/
tus ſum vobis filioli mei: vt ſciretis quan
ta ſit ī humilitate firmitas ⁊ ī elatiōe rui/
na q̄ʒ maxima. Ideo deniq̄ʒ ⁊ ſaluatoꝛ no
ſter pꝛimā beatitudinē de humilitate do/
cuit: dicēs. Bti paupes ſpū qm̄ ipoꝝ ē re/
gnū celoꝝ: ſimul huiuſmodi exēplo diſcen
tes: vt cautioꝛes ſitis ne a demonibus ī co
gitationū ſubtilitate ſeducamini: ꝓpterea
enī ⁊ foꝛma huiuſmodi int̄ mōachos obſ/
uat̄: vt ſiqs ad eos veniat ſiue vir ille ſeu
mlier ſit: ſiue ſenex ſiue iuuenis: ſiue igno
t⁹ ſiue not⁹: ante oīa ⁊ oro fiat: ⁊ nomē dn̄i
īuocet̄: q2 ſi fuerit aliq̄ trāſfoꝛmatio d̄mo/
nis. ꝯtinuo orone ſcā diffugiet. Si ħo ī co
gitatiōe vr̄a ſuggeſſerit ipi demōes aliqd
vnde laudari d̄beatis ⁊ extolli: n̄ acqeſca/
tis eis: ſʒ tūc magis voſmetipos hūiliate ī



ꝯſpectu domini: ⁊ pꝛo nihilo ducite: cuʒ vo
bis illi aliquid de ſectanda laude ſuggeſſe
rint. Deniq̄ʒ etiam me frequenter demo/
nes noctibus ſeduxerūt: ⁊ neqꝫ oꝛare me
neqꝫ requieſcere permiſerunt: fantaſias
quaſdā per noctem totam ſenſibus meis
⁊ cogitationibus ſuggerentes. Mane ħo
velut quadam illuſione: pꝛoſternebant ſe
ante me dicentes. Indulge nobis abba
quia laboꝛem tibi incuſſimus tota nocte.
Ego autem reſpondi ad eos. Diſcedite a
me omnes qui operamini iniquitatem: et
non tentetis ſeruum domini. Et vos ergo
filioli quietem ſilentiumqꝫ diligite: ⁊ ſcien
tie operam date: atqꝫ exercete voſmet/
ipſos vt frequenti collatione mentem ve
ſtram puraʒ exhibeatis deo: ne oꝛationes
veſtre impediantur apud deū. Quis ete/
nim illi bonuʒ opus agāt: ⁊ ſit in illis pꝛo/
babilis conſcientia: qui iter ſeculares po/
ſiti: exercentur in operibus bonis: ⁊ occu
pant ſemetipſos actibus religioſis ⁊ ſan/
ctis: vel hoſpitalitatem ſectando: vel cari/
tatis miniſterijs obſequendo: vel miſeri/
coꝛdias ac viſitationes aliaqꝫ huiuſmodi
opera explendo: in quibus alijs quidem
boni ſemper aliquid conferant: ſemetipos
tamen caſtos ſeruent. Sunt ergo et iſti
pꝛobabiles ⁊ valde pꝛobabiles: qui in bo/
nis actibus placēt deo: ⁊ ſunt operarij in/
confuſibiles mandatoꝛum dei: ſed tamen
hec omnia terrenos habent actus: ⁊ erga
materias coꝛꝛuptibiles geruntur. Qui
vero in exercitio mentis deſudat: ⁊ ſpiri/
tales intra ſemetipſuʒ excolit ſenſus: lōge
illis ſuperioꝛ iudicandus eſt. Locum nāqꝫ
intra ſemetipſuʒ pꝛeparat vbi ſpiritus ſan
ctus habitet: ⁊ obliuionem quodammodo
capiens terrenoꝛum: ſollicitudineʒ gerit:
de celeſtibus ⁊ eternis. Conſtituit eniʒ ſe/
metipſum ſemper ante conſpectum dei: ⁊
omnes pꝛeſentium rerum ſollicitudines
poſt tergū iaciens: ſolo diuini deſiderij co
loꝛe conſtringitur: ⁊ ideo in laudibus dei
poſitus: ⁊ hymnis ⁊ pſalmis die ac nocte
non poterit ſatiari. Hec ⁊ multa alia his
ſimilia beatus Joannes per triduum con
tinuo loquens ad nos animas noſtras re/
fecit ⁊ inuocauit. Vt autem cepimus vel/
le ab eo pꝛoficiſci: datis nobis benedictio
nibus: pergite inquit ī pace o filioli: hoc ta
men ſcire vos volo: ꝙ hodierna die victo
rie religioſi pꝛincipis Theodoſij alexan/
drie nunciate ſunt de Eugenio tyranno.
Neceſſe eſt autem ⁊ ipſum Theodoſium
non multo poſt: pꝛopꝛia moꝛte vitam fini/
re. Cumqꝫ pꝛofecti ab eo fuiſſemus: hec
ita geſta eſſe ad fideʒ comperimus: vt ipe
pꝛedixerat. Poſt dies autem paucos inſe
cuti ſunt nos quidam fratres: annuncian
tes nobis ꝙ ipſe ſanctus Joannes ī pace
quieuerit. Obitus auteʒ ipſius talis qui/
dem fuerat. Per triduum inquiunt nullū
ad ſe introire permiſit: ⁊ poſitis genubus
in oꝛatione reddidit ſpiritum: atqꝫ ita per/
rexit ad dominū: cui ē honoꝛ: gloꝛia: laus
⁊ imperium: in ſecula ſeculoꝛum amen.

Explicit vita beati Joannis egyptij.

Vita ⁊ geſta ſacti Hoꝛ abbatis: cui di/
uinitus collata eſt litterarum ſcientia:

Idimus ⁊ aliuʒ apd̄ The
baidem venerabilem viruʒ. Hoꝛ
nomine: hic multoꝛum erat monaſterioꝛū
pater: qui habitu ipſo honoꝛis videbatur
angelici: nonaginta iam agens etatis an/
nos: barba plixa ⁊ claritatis canicie ſplē/
dida: vultu ⁊ aſpectu ita letus: vt plus ali
quid habere q̄ʒ in hominis natura ē viſio
ipſa videretur. Hic pꝛius in vltima here/
mo plurimis abſtinentie laboꝛibus exer/
citatus: poſtremo ī vicino vrbis loco mo/
naſteriū inſtituebat. In adiacentib⁹ auteʒ
habitatiōis ſue locis: diuerſi generis arbo
ruʒ ſiluas ipſe p ſe plātaria ponēdo ꝯſeuit
in quibus vt nobis a plurimis ſanctis pa/
tribus affirmatū eſt: ante illius aduētum
nullum omnino virgultum fuit. Ob hoc
autē plantauit hanc ſiluā: vt fratres quos
inibi congregare cupiebat non haberent
neceſſitatem ligni gratia longius euagā/
di: habens curam ⁊ in his que miniſterio
coꝛpoꝛis neceſſaria ſunt: ſed pꝛecipue ſalu
tis eoꝛum ac fidei. Ipſe tamen cum eſſet

in heremo:herbis paſcebatur ꝛ radicibus
quibuſdam: ꝛ hec ei dulcia videbantur:
Aquam vero ſi quando inueniſſet bibe/
bat:orationib⁹ ꝛ hymnis occupans omne
diei tempus ac noctis. Ut autem ad ma/
turam peruenit etatem: apparuit ei ange/
lus dei in heremo per viſum dicens. Eris
in gentem magnam: ꝛ multus tibi popu/
lus credetur: ꝛ erunt q per te ſaluandi ſūt
multa milia hominum. Quantoſcūq; au/
tem in hac vita poſitus conuerteris ad ſa/
lutem: ſuper tantos principatum accipies
in futuro: ꝛ nihil verearis: nunq̄ enim ali/
quid tibi deerit eorum que ad vſum cor/
porum requiruntur: quotiens hec popo/
ſceris a deo. Hec cum audiſſet: ad vicini/
ora loca accedit: ꝛ primo ſolus ſub paruo
tugurio quod ſibi ipſe conſtruxerat habi/
tare cepit: oleribus compoſitis veſcens:
ſolis: interdum etiam poſt continuata ie/
iunia. Litteras primo ignorauit. Cum
autē de heremo ad hec que ſupradiximus
viciniora habitaculis loca acceſſiſſet: da/
ta eſt ei diuinitus gratia: ꝛ cum a fratrib⁹
oblatus ei fuiſſet codex: quaſi olim iam
ſciens litteras legere cepit. Collata eſt ei
ꝛ aduerſus demones etiam virtus: ita vt
multi ex his quos vrgebant demones eti/
am inuiti ad eum raperentur: proteſtan/
tes ſummo cum clamore de meritis eius.
Sed et alias q̄plurimas ſanitates: ope/
rabatur. Congregabantur interim ad
eum plurime multitudines monachorū:
inter quos cum etiā nos adueniſſem⁹: vi/
ſis nobis letiſſimus redditur. Cumq; ſalu/
tans nos oraſſet more ſibi ſolito pedes ho/
ſpitū ꝓprijs manib⁹ lauit: ꝛ docere nos ex
ſcripturis: que ad edificationē vite ac fi/
dei pertinent: cepit. Erat enim ei docendi
gratia a dō collata. Cū itaq; plurima no/
bis ſcripturaꝝ capitula ſapiēter diſſeruiſ/
ſet: rurſus ad orationē cōuertebatur. Cō/
ſuetudo aūt erat ei nō pri⁹ corporalē cibū
ſumere: q̄ ſpiritalē xp̄i communiōē acci/
peret. Qua percepta: poſt gratiarū actio/
nem adhortari nos etiā ad reficiendū ce/
pit: ipſe tamen ſedens nobiſcū nūq̄ ceſſa/
bat aliqd de ſtudijs ſpiritalib⁹ cōmonere
Narrabat ergo nobis tale aliqd. Scio
inquit hominē quēdā in heremo ꝑ tres
continuos annos nullū ſumpſiſſe terrenū
cibū. angelus enim domini tertia quaq;
die eſcā deferebat ei celeſtē. Et hec ei ci/
bus erat ꝛ potus. Et iterū ſcio huiuſmodi
hominē ad quē venerūt demōes in ſpe/
cie celeſtis militie. ꝛ habitu angelorū. cur/
rus igneos agētes. plurimo apparatu. tā/
q̄ magnum aliquem regem deducentes:
iſq; qui ceteris vt rex haberi videbatur:
dicebat ad eum. Impleſti omnia o homo:
supereſt tibi vt adores me: ꝛ trāſferā te ſi/
cut Heliam. Sed monachus hec audiēs:
dicebat in corde ſuo. Quid ē hoc? Quot/
tidie ego ſaluatorē q ē rex meus adoro. hic
ſi eēt ille. quomodo a me hoc poſceret: qđ
ideſinēter me facere ſciret? Et poſt hec re/
ſpondit ad ipſū. Ego habeo meū regē quē
quottidie ſine intermiſſiōe adoro: tu autē
non es rex meus. Et cōtinuo inimicus ad
hec ꝟba nunq̄ comparuit. Uerū hec ille
quaſi de alio nobis narrans ſua geſta ſub
alterius perſona memorabat. Patres tñ
qui aderant: ipſi nobis affirmabāt: ꝙ ipſe
eſſet q hec vidiſſet ꝛ audiſſet. Erat enim
hic magnificus pater: qui inter cetera bo/
na etiam hoc preſtabat aduenientibus fra/
tribus: ꝛ cum ipſo habitare volentibus: ꝙ
faciebat conuocari fratres qui ſecū erāt
ꝛ ī vna die aduenienti fratri cellulā edifi/
cabāt: Et erat in hoc opere magna alacri/
tas fratrum. Unoquoq; eorū feſtinante.
lateres conuehere: aut lutū porrigere. aut
aquam infundere: aut ligna deferre. Ubi
vero perfecta fuiſſet ipē eā omnibus vtē/
ſilibus: vel neceſſarijs inſtructam trade/
bat fratri. hic aliquando cū falſus quidā
frater ad ſe vēiſſet: ꝛ vt videretur nudus
veſtimenta ſua occultaſſet: arguit eū co/
ram omnibus: ꝛ in medium que occulta/
uerat protulit. ꝛ ita pertimuere omnes vt
de reliquo nemo auderet corā ipſo falle/
re. Tanta in eo erat virtus animi. ꝛ tanta
diuine gratie magnitudo: quā abſtinen/
tie labore ꝛ fidei puritate queſierat. Mul/



titudines autem fratrum cum ipſo poſite
tanta gratia erant replete vt cū ad eccle/
ſiam conuenirent: chori eorū veſtibus ac
mentibus reſplendentes: ad imitationem
virtutum celeſtium: in hymnis ꝛ laudibus
dei puigiles viderent. De ſancto Am/
mone abbate triū milium monachorum.

Idimus autē i Thebaida etiā aliū virū noīe Ammonē pa/
trē triū miliū circiter mōachoꝝ q thebe/
nēſij appellabātur ingētis abſtinētie viri:
qbus vſus ē indui colobijs quaſi ſaccis li/
neis: et pelle cōfecta a collo poſt tergū ꝛ
latus deſcendente cōtegi. cucullis etiam
caput operiri: maxime cū ad cibum con/
uentum fuerit. eis etiā velare faciem: ne
alius alium parcius cibum ſumentē de/
prehendat. Eſt autem eis ꝛ in capiendo
cibo ſummum ſilentiū: ita vt nec putetur
in eo loco eſſe aliquis hominū vbi ſedent
ad menſas: ꝛ omnis eorū conuerſatio ita
eſt ī multitudīe poſita quaſi ſit in ſolitudi/
ne: dū ita latet vniuſcuiuſq; abſtinentia:
vt ab alio deprehendi non poſſit. Sedent
ergo ad menſam contingētes magiſq̄ ſu/
mentes cibos: vt nec defuiſſe menſis: nec
tamē ventri ſatiſfeciſſe videātur. Maior
qppe eſt cōtinētie ꝟtus: his abſtinere q̄ ī
oculis habent: ꝛ nō ī manib⁹. De ſancto
Benone angelici ordinis viro ꝛ abbate.

Idimus ꝛ aliū ſenē man/
ſuetudine omnes homines precel/
lentē: abbatē Benonē noīe: de quo aſſe/
rebant fratres qui cum ipſo erant: ꝙ neq;
iuramentum vnq̄ neq; mēdaciū de ore
eius proceſſerit: neq; vllus hominum ira/
tum viderit eum aliquādo: aut ſermonē
ſuperfluum ocioſumq; proferētē: ſꝫ erat
vita eius in ſummo ſilentio: moreſq; tran/
quilli: ꝛ per oīa quaſi angelici ordinis vir.
humilitas quoq; immenſa: ꝛ ī omnibus ꝓ
nihilo ſemetipſum ducens. Deniq; nobis
multum rogantibus vt aliquem ſermonē
ab eo edificationis audiremus: vix impe/
trare potuimus: vt pauca nobis de man/
ſuetudine loqueretur. Hic aliquando cū
beſtia quedā que hyppotamus appella/
ſibi regionē ꝓximā vicinamq; vaſtaret
rogatus ab agricolis venit ad locū. ꝛ cū
ad immanē beluā perueniſſet: ait ad eā
Precipio tibi in noīe Ieſu xp̄i: ne vltra
vaſtes hāc terrā. Tūc illa quaſi āgelo ꝑſe/
quente effugata nuſq̄ oīno cōparuit. Si/
mili modo etiam cocodrillum: ab eo alio
tpe fugatum ꝑhibebant. De Oxirin/
co ciuitate vbi nullus manet hereticus.

Enimus autē ꝛ ad ci/
uitatē quandā Thebaidis noīe
Oxiricū: ī qua tāta religiōis dep̄hēdim⁹
bōa: vt ea nemo digne ſufficiat enarrare
Repletā nāq; eā monachis intrinſecus
vidimus. ꝛ extrinſecus omni ex ꝑte circū/
datam: ꝛ edes publice ſi que in ea fuere: et
templa ſupſtitionis antique habitationes
nūc erāt monachorū: ꝛ ꝑ totā ciuitatem
multo plura mōaſteria: q̄ domus videbā/
tur. Sunt autem in ipſa vrbe que eſt am/
pla valde ꝛ populoſa duodecim eccleſie in
quibus publicus agitur populi cōuentus
exceptis monaſterijs. in quibus per ſingu/
la loca orationū dom⁹ ſūt: que certis tē/
poribus ad oratonē frequentantur. Sed
nec porte ipſe nec turres ciuitatis. aut vl/
lus omnino angulus eius: monachoꝝ ha/
bitationibus vacat quiq; ꝑ omnē partē
ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes
deo referentes vrbem totā quaſi vnam
dei eccleſiā faciūt. Nullus enim ibi inue/
nitur aut hereticus aut pagan⁹: ſꝫ oēs ci/
ues xp̄iani: omnes catholici: vt nihil oīno
differat: ſi epūs ī platea orōnē aut ī eccle/
ſia faciat. Ipi quoq; magīrat⁹ aut pricipa/
les ciuitatis ꝛ reliq ciues ſtudioſe ꝑ ſingu/
las portas ſtatuūt eos q obſuēt vt ſicubi
apparuerit ꝑegrin⁹ aut paup: certatim ad
eū currāt ꝛ q ꝑoccupauerit abducit: vt q̄
ſūt neceſſaria ꝯſequat. De his autē q̄ erga
nos ab ipſis populis geſta ſūt: videntibus
trāſire nos ꝑ ciuitatē ſuā ꝛ velut āgelis oc/
currētib⁹ atq; honorē deferētib⁹ quomō
enarrē. Aut de ipis monachis ꝛ ꝟginib⁹

ꝗrū inumere multitudines vt ſupradixi
mus ī illa vrbe habēt: Regrentes eni a
ſancto epiſcopo loci ipſius vigīti milia vir
ginum: ⁊ deceꝫ milia monachoꝝ inibi ha
beri comperimꝰ. Quorum omnium affe
ctum erga nos ⁊ honoreꝫ quē exhibebāt
vobis exponere nec ſermo ſufficit: nec ve
recūdia permittit: quomodo pallia noſtra
ſciderentur: vnoquoqꝫ nos ſibi rapiente:
⁊ ad ſe adducere cupiēte. Uidimus quoqꝫ
ibi plurimos ſanctorum patrum diuerſas
dei gratias habētes: alios in verbo dei:
alios ī abſtinētia: alios ī ſignis ⁊ virtutibꝰ
miniſtrantes. De ſancto Theone qui
trigita ānis ſilētij habuit obſeruationē.

## Jdimus ⁊ alium nō lō

ge ab vrbe ad eā parteꝫ q̄ mittit
ad heremū: nomie Theonē viꝝ ſcm̄ ītra
cellulā ſuaꝫ clauſum ⁊ ſolitariuꝫ: qui ꝓhi
bebatur trigita annis ſilentij habuiſſe cō
tinentiaꝫ: quiqꝫ tam multas virtutes fa
ciebat vt propheta apud illos haberetur.
Conueniebat nanqꝫ ad eum per dies ſin
gulos īfirmorum plurima multitudo: ad
quos ille per feneſtraꝫ manum proferens:
⁊ vniuſcuiuſqꝫ capiti ſuperponens: ac be
nedicēs eos: ſanos ab omni egritudine re
mittebat. Hic etiaꝫ ipſo viſu tam venera
bilis erat: tantāqꝫ reuerētiam gerebat in
vultu: vt inter homines āgelus videretꝰ:
ita letus oculis: ⁊ plenꝰ totius gratie ap
parebat. Huic cum ante paruum tem
pus vt comperimus noctu latrones ſu
perueniſſent: aurum ſe apud eum inuen
turos ſperantes oratione ſola ita vinxit
vt foribus eius affixi mouere ſe omnino
non poſſent. Mane vero cum ad eum
turbe ſolito conueniſſent ⁊ viderent ad
ianuas eius latrones: volebant eos igni
tradere: At ille rerum neceſſitate com
pulſus: vnum ei ſolum locutus eſt ꝟbum:
Sinite inquit iſtos abire illeſos: alioquin
gratia a me fugiet ſanitatum. Populi au
tem vt audierūt hec: cōtradicere non au
dētes: dimiſerūt eos. Latrones ꝟo vidē
tes quod ſecum geſtum ē: abiecta ſceleꝝ
voluntate: preteritoꝝ maloꝝ penitentiaꝫ
gerētes: ad monaſteria vicina confugiūt
atqꝫ ibi emēdationis vite formā modūqꝫ
ſuſcipiūt. Erat auteꝫ ſupradictus vir eru
ditiſſimus: nō ſolum egyptiorum ⁊ greco
rum lingua: ſed etiam ⁊ latinorum: vt ⁊ ab
ipſo ⁊ alijs qui ei aderāt didicimus. Sed
⁊ ipſe releuare cupiēs et conſolari pere
grinationis noſtre laboreꝫ: in tabula ſcri
bens ad nos gratiaꝫ doctrinamqꝫ ſui ſer
monis oſtendit. Erat autem ei cibus abſ
qꝫ ignis opere. Dicebant autem ꝙ et no
ctibus ad heremum progrediens: comi
tatu vteretur plurimo heremi beſtiaruꝫ.
Ipſe vero hauriens aquam de puteo ſuo
⁊ prebens eis pocula: obſequij earum re
munerabatur laboreꝫ. Huius autem rei
manifeſtum dabatur indicium: ꝙ veſti
gia bubalorum caprarumqꝫ et onagro
rum: circa eius cellulam plurima depre
hendebantur. De ſancto Appollonio
confeſſore ⁊ virtutibus eius.

## Jdimus ⁊ aliū ſan

ctum virum nomine Apolloniuꝫ
apud Thebaidam in finibus Hermopo
lis: ad quam ciuitatem ſaluatorem cum
Maria ⁊ ioſeph de iudee finibus veniſſe
tradunt: ſecundum prophetiam Eſaie di
centis. Ecce dominus ſedet ſuper nubem
leuem: ⁊ veniet in egyptum: ⁊ commoue
buntur manufacta egyptioruꝫ a facie eiꝰ
⁊ cadent in terram. Uidimus ergo ibi etiā
⁊ templum ipſum in quo ingreſſo ſaluato
re corruiſſe omnia idola in terram ⁊ com
minuta eſſe memorabantur. Uidimus
ergo ſupradictum virum in vicino here
mo: ſub monte quodam habentem mona
ſteria. Erat enim pater monachorum cir
citer quingentoꝝ ⁊ famoſiſſimus in omni
bus Thebaide finibus habebatur. Ope
ra enim magna erant ei: ⁊ virtutes mul
tas ſignaqꝫ plurima ⁊ prodigia faciebat ꝑ
eum deus. A pueritia nāqꝫ in abſtinentia
nutritus eſt: qui cum ad maturam perue
nit etatem: gratia dei ſemper cum ipſo
creuit. Erat enim annorū fere octoginta:



cum eum vidimus: in monaſterioruꝫ con
gregatione florenteꝫ: ſed ⁊ ipſi qui videbā
tur eius eē diſcipuli: ita perfecti erāt ⁊ ma
gnifici: vt omnes pene poſſēt ſigna facere
Quindecim ergo annoꝝ receſſiſſe ad euꝫ
heremū ferebāt: atqꝫ ibi cū quadraginta
annis fuiſſet ī exercitijs ſpiritalibꝰ ꝯuerſa
tus: aiebant voceꝫ dei ad eum delataꝫ di
xiſſe. Apolloni per te perdam ſapientiā ſa
piētium in egypto: ⁊ ītellectū prudentiuꝫ
reprobabo. Perdes aūt mihi ⁊ eos ꝗ īter
ipſos ſūt ſapiētes babylōis: ⁊ oēꝫ culturā de
monioꝝ ſubrues. Perge ꝗ̄ nūc ad loca ha
bitabilia. generabis enī mihi ppl'm ſubſtā
tiuuꝫ ⁊ ꝑfectū: emulatorē operū bonoꝝ.
At ille reſpondens ait. Aufer a me dn̄e ia
ctātiā: ne forte elatus ſuper fratres meos:
cadā ab omnibus bonis tuis. Reſpondit
ad euꝫ rurſus diuina vox. Mitte manuꝫ
tuā ad ceruices tuas: ⁊ quod ꝯphēderis
cōſtringe. Et ſub arena obrue. At ille ſine
mora īiecta manu ad ceruices ſuas. appre
hēdit quaſi paruulū quendā ethiopē. ⁊ cō
tinuo dimerſit cū ſub arena clamātē ⁊ di
centē. Ego ſū ſuperbie demon. Poſt hec
vox ad eum facta eſt a deo dicēs. Perge
nunc: oīa eniꝫ quecūqꝫ a deo popoſceris:
cōſequeris. Ille ergo poſt hec perrexit ad
ea loca: ī quibꝰ homines habitabāt. Tēpo
ribus autem Juliani tyranni hec fiebant.
Fuit autem in locis illis ſpelunca ꝗdaꝫ
heremo vicina: ī qua habitare cepit: inde
ſinenter die ac nocte oratiōibꝰ vacās. cal
qꝫ vt aiebat ꝑ diē cētū vicibꝰ totidēqꝫ no
ctis tempore curuans genua cōſignabat
deo. Cibo auteꝫ magis celeſti ꝙ̄ humano
vtebatur. Indumentuꝫ eius ſtuppeū col
lobiū erat: qđ apđ illos lebites appellāt:
⁊ linteum quo colluꝫ ⁊ caput obuolueret.
Que tamen indumenta permanſiſſe ei ſe
rebāt in deſerto nunqꝫ veterata. Erat er
go in vicino heremi loco in virtute ſpiritꝰ
degens: ſigna ⁊ ſanitates miras efficiens:
quas enarrare ꝓ ſui īmmēſitate: ſicut ab
his ꝗ cū ipo erant ſenioribus cōperimus.
vox nulla ſufficiet. Fama autem magnifi
ca de eo peruulgata cū ammiratiōe oīuꝫ
quaſi ꝓpheta aliquis aut apoſtolus habe
ri cepiſſet: vicinis e regionibus monachi
diuerſis ex locis conueiebant ad eū: ⁊ tā
ꝙ̄ pio patri: magna mūera: ſuas ſinguli ꝗ
qꝫ animas offerebāt. At ille vnumquēqꝫ
eorum tota religione ſuſcipiens: alios ad
bene operādū: alios ad bene intelligendū
ꝓuocabat. Sed ⁊ ipſe prius ea oſtēdebat
exemplis: que verbis docere cupiebat.
Alijs quidem diebus vnūquēqꝫ apud ſe
metipſum exercere abſtinentiaꝫ quā poſ
ſet ſinebat: die vero dominica gratia ca
ritatis ſecuꝫ oēs cibum ſumere hortabat:
cum tamē ipſe ſolitis abſtinentie obſerua
tiōibꝰ deſeruiret: herbis ſolūmodo aut ole
ribus vtēs: nec vſuꝫ aut miniſteriū ignis
admittēs. Hic cū audiſſet iuliani vt ſu
pradiximus temporibus fratreꝫ quēdam
ad militiam cōprehenſuꝫ detineri in carce
re: venit ad eum cuꝫ fratribus conſolandi
gratia: vt moneret eum in neceſſitate te
nere conſtātiam: atqꝫ imminētia contem
nere ac deridere pericula. Tempus enī
ait certaminis adeſt: in quo fidelium men
tes temptationibus probande ſunt ⁊ no
ſcende. Cumqꝫ his ⁊ alijs verbis robora
retur animus adoleſcentis: ſuperuenit cē
turio: ⁊ indignatus cur introire auſus eſ
ſet: claues extrinſecus carceri impoſuit:
ipſum quoqꝫ ⁊ omnes qui cum eo vene
rant pariter concluſit: quo ſcilicet etiam
ipi ſimiliter ad militie detinerētur officiū
Conſtituens quoqꝫ cuſtodes ꝗ̄plurimos
abſceſſit. Medio autem noctis aſtare vi
ſus eſt angelus ingēti luce reſplendens: ⁊
obſtupefactis perterritiſqꝫ cuſtodibꝰ: car
ceris clauſtra patefecit. Tunc vero ipi cu
ſtodes aduoluti ad pedes ſanctoruꝫ: roga
bant eos diſcedere dicētes: melius ſibi eē
mori pro his ꝙ̄ diuie virtuti obſiſtere: que
eorum curam gerebat. Mane vero etiaꝫ
ipſe centurio cum principalibus viris feſti
nus ad carcereꝫ venit: rogans vt diſcede
rēt omnes qui teneri videbātur: dicebat
enim domuꝫ ſuam terremotu magno cō
cidiſſe: ⁊ electos quoſqꝫ famulorum ſuoꝝ
peremiſſe. Sancti ꝟo his auditis hymnū

deo laudeſq̄ cecinerūt: ⁊ regreſſi ad here
mū erāt ī vnū poſiti: ſm apoſtoloꝝ exē/
plum: habentes aīam vnam ⁊ cor vnum.
Pater aūt ſenior docebat eos vt quot/
tidie proficerent in virtutibus: ⁊ inſidias
diaboli quas per cogitationes īferret ho
minibus: ī initijs ſtatī retunderēt. Sic enī
aiebat. Si cōfrigatur caput ſerpentis: oē
eius corpus emortuū redditur. Ob hoc
enim mādat nobis deus obſeruare caput
ſerpētis: vt omnino ſtatim ab initio: nec re
cipiamus malas ⁊ ſordidas cogitationes ī
corde noſtro. Quāto ergo magis diffūdi
non conuenit in ſenſibꝰ noſtris cogitatio/
num fantaſias: quas etiam ab initio recipi
vetat. Sed ⁊ illud monebat: vt ī virtuti/
bus animi alter alterum vincat: nec paria/
tur ſe vnuſquiſqꝫ inferiorem proximo ſuo
fieri. Hinc aūt dicebat. Sciatis ergo vos
ita proficere in virtutibus: ſi nulla vobis
paſſio fuerit dominata erga mundana de
ſideria. Hoc eſt initium donorum dei. Q ſi
etiā ad hoc venerit quis veſtrū: vt ⁊ ſigna
⁊ mirabilia faciat: non extollatur pro hoc.
neque in cogitatione ſua erigatur tanq̄
ceteris prelatus: ſed nec hoc ipm hominibꝰ
debet oſtendere: ꝙ donum gratie huius
acceperit: alioquin ſeducit ſeipſum: ⁊ ipſe
decipitur ⁊ gratiam perdet. Habebat ḡ
hāc magnificā vbi dī doctrinā: ſicut ⁊ nos
etiam ipi ex parte frui ſumus. Sed ⁊ ma
iorem habebat in operibus gratiam. Oē
enim quicquid petiſſet a deo: ſine mora cō
ſequebatur. Sed ⁊ reuelationes ei pluri/
me oſtendebantur. Deniqꝫ ſeniorem frēm
ſuum qui ⁊ ipſe in heremo defunctus ē: cū
quo plurimo tempore egerat vitam perfe/
ctam: vidit in ſomnis in ſede apoſtolica re
ſidentem: atqꝫ vnum ex ipſis hereditatem
ſibi virtutem ⁊ gratiā reliquiſſe. Cūqꝫ etiā
pro ſemetipſo oraret vt velocīꝰ cum dn̄s
aſſumeret: ⁊ cum ipſo ſibi requiem preſta/
ret in celis: rn̄ſum eſt ei a domino ſaluato/
re: parum adhuc ei temporis in terris de
beri: donec vite ⁊ conuerſationis eiꝰ plu/
rimi emulatores exiſtant: populos nanqꝫ
ei plurimos credendos eſſe monachorum
⁊ exercitum quendam piorum: vt per hec
dignam pro talibꝰ meritis remuneratio/
nem inueniret apud deum. Hec autem vt
vidit: ita geſta ſūt: conuenerūt enim ex oī
loco monachi fama ⁊ doctrina eiꝰ inuita
ti: ⁊ precipue exemplis eiꝰ q̄pluri mi ſecu
lo renunciantes: conuentum quendam ma/
gnificum fecerunt apud eum in ſupradi/
cto montis loco: communem vitam menſe
vnius vnanimiter cōſeruantes. Hos er/
go tanq̄ vere celeſtem quendam: ⁊ angeli
cum cernebamus exercitum: omnibus vir
tutibus adornatum. Nullus ſane in eis ſor
didis vtebatur indumentis: ſed ſplendore
veſtium pariter atqꝫ animorum nitebant
ita vt ſecundum ſcripturam letaretur here
mus ſitiens. ⁊ multi filij eiꝰ viderentur in
deſerto. Que q̄uis ď eccleſia dicta ſint: tn̄
ī egypti deſertis hec etiā hiſtorica relatio
ne cōpleta ſunt. Ubi enim tāte per vrbes
multitudines venīūt ad ſalutē: q̄ntas egy/
pti deſerta protulerunt. Quāti populi ha
bentur in vrbibus: tante pene habentur ī
deſertis multitudines monachorū. Unde
mihi videtur etiam apoſtoli dictū ī eis eē
completum: ꝙ vbi abundauit peccatum:
ibi ſuperabundauerit gratia. Abun/
dauit enim aliquando immūdus idolorum
cultꝰ ī egypto ſic̄ nuſq̄ gentiū. Canes enī
⁊ ſimias atqꝫ alia portenta olim venerati
ſunt. Allia quoqꝫ ⁊ cepas ⁊ nōnulla olerū
deos credebāt. ſicut ab ipſo patre Apol/
lonio tradēte didicimꝰ. Cām enī nobis pri/
ſce eorū ſuperſtitiōis hoc modo expoſuit.
Bouem quidem deum crediderūt aliquā/
do egyptij: pro eo ꝙ per ipſum rura excolē
tes victū cibumqꝫ capiebāt. Sꝫ ⁊ aquā ni
li colebāt: ꝓ eo ꝙ vniuerſas rigabat egy
pti regiones. Colebant quoqꝫ ⁊ terrā: vt/
pote vberiorem ceteris terris. Canes etiā
vt ſupradiximꝰ ⁊ ſimias ac diuerſa herba
rum genera atqꝫ olerū colebant. pro eo ꝙ
occaſionem ſibi ſalutis per hec veniſſe opi
nabantur temporibꝰ Pharaonis. Circa
hec enim ſingula occupatio eis exorta vi/
debatur: cum ille patres noſtros pſequēs
ſubmerſus ē: ⁊ vnuſqſqꝫ id ꝑ qď occupari



viſus eſt: ne Pharaonem ſequeret̄: hoc ſi/
bi reputauit deum dicens: quia hoc mihi
deus fuit hodie: vt nō ſequerer Pharao/
nem: ⁊ ſimul cū ipſo demergerer. Hec ḡ
erant verba ſancti Apollonij q̄ nobiſcum
loquebatur. Sed multo magis illa ſcire
oportet que in operibus ⁊ virtutibus ha/
buit. Erant aliquando in circuitu ſancti
Apollonij poſiti decem circiter gentilium
vici: apud quos demoniaca ſupſtitio ſum
mo ſtudio colebatur. Templum enī erat
ibi ampliſſimum atq̄ in eo ſimulacrum qď
moris erat circūferri a ſacerdotibus ba/
chantium ritu: cum reliqua multitudine
circūeuntibus: ⁊ quaſi pro aquis pluuiali
bus prophana myſteria pagentibus. Con
tigit autē ſub eo tempore quo huiuſmodi
ab eis orgia gerebātur iter agere beatum
Apollonium per ipſa loca cum aliquantis
fratribꝰ. Et cū vidiſſet infelicium turbas
quaſi demone quodā agi: bacchariq̄ ꝑ cā/
pos: miſeratus errorem eoꝝ: fixis genubꝰ
inuocauit dominū ⁊ ſaluatorem noſtrum:
⁊ oēs eos q̄ cerimonijs demoniacis age/
bantur cū ſimulacro ſuo ſtare fecit īmobi
les: nec ꝓgredi oīo vſq̄ poſſe. Atq̄ ita ꝑ
totam diē rapidiſſimis aduſti eſtibꝰ ꝑman
ſerunt: ignorantes vnde eis herere vno ī
loco īmobiliter cōtigiſſet. Tunc ſacerdo/
tes eoꝝ dicebāt eſſe quēdam xp̄ianum in
regionibꝰ vicine heremi cōmanentē Ap/
polloniū noīe: ⁊ ipiꝰ eē hec opa: qui niſi eſ
ſet exoratus: ſibi piculū permanſurum. Ut
aūt ad rei tāte miraculū ꝯuenerūt vndiqꝫ
q̄ audierant: ⁊ ꝑcunctantes q̄ tanti cauſa
extiterit monſtri: ignorare ſe penitus fate
bantur: ſuſpitionē tamen dari ſibi dicunt
ſupradicti viri: quē ⁊ exorari pro ſe depo/
ſcunt. Tunc quidam ex ipſis vere eos opi/
nari aiunt: nam ⁊ vidiſſe eū illo itinere p̄/
tereuntē confirmant: ⁊ tamen adhibere q̄
putabant prodeſſe auxilia non morātur.
Adducunt boues quorū virtute videret̄
poſſe moueri ſimulacrum. Sed nec cū ſic
quidem aliquid profeciſſent: omni auxilio
fruſtrati legatos ad hominē dei mittunt:
pollicentes vt ſi eos reſoluat ab his vicu
lis: pariter quoqꝫ errores ī eis vincula diſ/
ſoluere. Hec vbi nūciata ſūt ei: ſine mora
deſcēdit ad eos: ⁊ orōne ſola ad deum fuſa
omnes reſoluit. At illi ſine dilatione vna/
nimiter oēs confugiunt ad eum. ſaluatori
deo noſtro credētes ⁊ gratias referētes.
Simulacrū vero quod erat ligneū conti/
nuo igni tradunt: ipſi aūt ſecuti hominem
dei. atqꝫ edocti ab eo fidē chriſti eccleſie
dei ſociati ſunt. Plurimi v̄o ex ipſis cum
ipſo māſerunt: ⁊ etiā nūc ī monaſterijs de
gunt. Facti tamē huiꝰ mirabilis fama vbi
q̄ diffuſa eſt: ⁊ multi pro hoc ad fidē domi
ni ꝯuertebātur. ita vt ī oībus illis regioni
bus: nullus iam pene gentiliū remaneret.
Poſt aliquātū tēporis certamē erat de fi
nibus īter duos vicos. hoc cū nūciatū eſ/
ſet ſancto Apollonio: feſtinās deſcēdit ad
eos pacis gratia. Sed illi furore ꝯtētionis
īcenſi nullo genere ad pacis cōſiliū flecte/
bātur: maxime ꝙ vnius ptis populus. plu
rimū fiducie ī viribus cuiuſdā latronis ge
rebat: qui ipſius certaminis ſignifer vide
batur. Hunc cum videret Apollonius pa/
ci reſiſtētē. dicit ad eum. Si mihi o amice
acquieſcere volueris ad pacē: rogabo de
um meū ⁊ remittet tibi peccata tua. At il/
le cū audiſſet nihil omnino diſtulit: ſed ge/
nibus eius prouolutꝰ ſupplicabat ei. Tū
deīde cōuerſus ad turbas que eum ſecute
fuerāt fecit oēs cum pace diſcedere. Qui
bus ſecedentibꝰ ipſe permāſit cū homine
dei expectans ab eo promiſſū. Tūc ve/
ro Apollonius aſſumens eū. ⁊ cū ipſo iter
agēs ad monaſteriū docebat eum mutare
debere ordinē vite. ⁊ patiēter a deo que/
rere miſericordiā: ⁊ promiſſionē eius ex fi
de expectare. omnia enī poſſibilia dicebat
eſſe credenti. Cumqꝫ noctis tēpore ſimul
ī monaſterio requieuiſſent: per viſum am/
bo vident ſe eſſe ī celis: ⁊ aſſiſtere ante tri
bunal xp̄i. Uidēt etiā āgelos dei: ⁊ ſāctos
quoſqꝫ adorātes dominū. Et cū hec vidē/
tes etiā ipſi adoraſſent deū: vox domini
ad eos defertur: dicēs. Licet nulla ſit cō/
munio luci ⁊ tenebris. nec ſit aliqua portio
fideli cū īfideli: tamē donat̄ tibi ſalus iſtiꝰ

ꝓ quo ſupplicaſti Apolloni. Sed ⁊ alia multa cũ audiſſent i celeſti viſione poſiti. q̃ neqꝫ ſermo enarrare ſufficit neqꝫ auris audire: ſurrexerũt a ſomno ⁊ que viderãt fratribus idicarũt. Ammiratio aũt igens eẽ cepit: cũ vnũ atque idẽ ſomniũ vterqꝫ narrarẽt. Permãſit aũt cũ fratribꝰ latro ille iam ſanctꝰ: vitã ſuã moreſque ad oẽm ĩnocẽtiã pietatẽqꝫ cõmutãs: tanq̃ i agnũ verſus ex lupo. vt i eo pleniſſime cõpleri videretur ꝓphetia Eſaie dicẽtis. Lupi cũ agnis paſcenẽ ⁊ leo ⁊ bos ſimul paleis veſcẽtur. Uidimꝰ ibi quoſdã etiã gentis ethiopum viros cũ monachis viuẽtes. ⁊ multos ex ceteris monachis i obſeruãtia religionis ⁊ virtutibꝰ animi precellẽtes: vt ⁊ i ipſis cõpleri videreẽ ſcriptura que dicit. Ethiopia preueniet manus eius deo. Adhuc aũt in geſtis ſancti Apollonij ferebaẽ hoc. Lis quodã tẽpore dicebaẽ exorta inter duos vicos: quoꝝ vnus chriſtianoruꝫ aliꝰ gentiliũ fuit. Procedũt ex vtraqꝫ parte armatorũ turbe plurime: accidit auteꝫ vt vir ſãctus Apolloniꝰ ſuꝑueniret. Cum que eos hortareẽ ad pacẽ: quidã eoꝝ qui iter gentiles quaſi caput ⁊ cauſa belli illꝰ ſtabat homo truculẽtꝰ ⁊ ferus: obſiſtebat ei vehemẽter dicẽs: non ſe ꝑmittere fieri pacẽ vſqꝫ ad mortẽ ſuã. Tũc ille fiat inq̃t vt optas. Nullus eni aliꝰ p̃ter te perimeẽ: ſed ⁊ mortuo cõgruũ honori tuo tibi ſepulchrũ fiet. nõ terra ſed beſtiaꝝ ac volucruꝫ vẽtres. Et cõtinuo ſermo eius efficitur veritas. Nullus eni alius ex vtraqꝫ ꝑte: niſi ſolus ipſe cecidit. Quẽ cũ ſub arena obruiſſent: mane regreſſi iuenerũt corpꝰ illius a beſtiis effoſſuꝫ. laniatũqꝫ: atque a volucribus deuoratũ. Cumque omnes ammirationẽ habuiſſent. ꝙ ſermo hominis dei ita fuiſſet ipletus. cõuerſi ſunt oẽs ad fidẽ ſaluatoris domini. ⁊ Apolloniũ prophetã dei predicabãt. Sed ⁊ hoc nos nõ effugiat qđ ab eo primis adhuc diebꝰ q̃hꝰ i ſpelũca habitare cũ paucis fribꝰ ceꝑat fcm̃ didicimꝰ. Dies ſcũſ aderat paſce ⁊ cũ ſolẽnitaſ vigiliaꝝ ſacramẽtorũq꜄ itra ſpe ũcam fuiſſet expleta. atq꜄ ex his q̃ fuerãt apđ eos refectio pararetur: erant auteꝫ eis pauci tantummodo ⁊ ſicci panes. atque olera ex his que ſale aſperſa reponi apud eos ſolẽne eſt. Tunc apollonius fratres q̃ ſecum erant: alloqui ita cepit. Si ẽ i nobis fides ⁊ vere fideleſ ſumꝰ famuli xp̄i: petat vnuſquiſq꜄ noſtrũ a deo: ſiq̃d quis quaſi in die feſto ſumere libenter habet. At illi ipſi potius qui eos etate ⁊ meritis p̃cellerent: hec a deo poſcenda ꝑmittũt: ſemetipſos inferiores huius gratie iudicãtes. Tũc ille cũ omni alacritate orationẽ fudit ad deum: Qua expleta cũ oẽs reſpõdiſſent amen: ecce repente ante fores ſpelũce aſtare vidẽt hoĩes quoſdã ſibi penitꝰ ignotos: q̃ tãꝫ multas copias rerũ oĩuꝫ que ad vſus dũtaxat ciboꝝ ꝑtinẽt: detulerũt: vt neq꜄ tãꝫ multa neq꜄ tãꝫ diuerſa facile q̃ſq꜄ viderit: in quibꝰ erãt quedã que omnino in egypti regionibꝰ nulq꜄ viſa ſũt: videlicet pomoꝝ genera: ⁊ magnitudo incredibilis vue: nuces: ficꝰ. mala quoq꜄ punica: ⁊ ante tẽpuſ oĩa fatui atq꜄ mellis ⁊ lactis copia ⁊ panes calidi ⁊ mundiſſimi: qui tamẽ peregrini eſſe viderẽtur prouincie. Uiri hõ q̃ hec detulerãt ſtati vt ea monachis tradiderunt: quaſi feſtinanter ad eum a quo miſſi fuerant redire cupientes mox diſcedunt. Tunc ipſi monachi gratias domino referentes: ex his que ſibi fuerant delata veſci ceperunt. Quoruꝫ copia tanta fuit vt vſq꜄ ad dieꝫ pentecoſten quottidie miniſtrata ſufficerent: certi ꝙ hec ſibi a deo ſolennitatis gratia miſſa ſint. Comperimus etiam hec ꝙ quidam ex fratribus: cui deerat humilitatis ⁊ manſuetudinis gratia popoſcit ab eo: vt peteret a domino vt ſibi donaretur hoc munus: orante illo tanta in eum gratia mãſuetudinis et humilitatis aduenit: vt oẽs fratres ſtuperẽt de trãq̃llitate animi eiꝰ ⁊ modeſtia: in q̃ priꝰ nihil hoꝝ viderãt. Orta ẽ aliq̃ñ fames apud thebaidaꝫ. Sciẽtes aũt habitatoreſ terre illiꝰ ꝙ monachi q̃ cũ apollonio dño ſuiebãt: freq̃nter etiã ſine cibo ꝑ dñi grãꝫ paſcebãẽ: oẽs ſimꝉ cũ vxoribꝰ ⁊ filijs ꝑgũt ad eũ: cibũ ſimꝉ benedictionẽq꜄ poſcentes. At ille nihil dubitans ꝓferre cepit ex his que ad vſum fratrum repoſita erãt: ⁊ dare ſingulis copioſe. Cũ vero tres ſole panũ ſporte remanſiſſent. fames aũt populũ vehemẽter vrgeret: iubet i mediũ ꝓferre ſportas. que ſole ſuperfuerãt vniꝰ diei victũ monachis p̃biturc: ⁊ in auditu totius populi: q̃ famis neceſſitate ꝯfluxerat: eleuatis ad deũ oculis manibuſqꝫ ait Nũquid nõ valet manus dñi multiplicare hec? Sic dicit ſpũs ſanctꝰ. Nõ deficiet panis i ſportis his: donec ſatiemur oẽs đ frugibꝰ nouis. Etiã ⁊ plurimi ex his q̃ tũc i preſenti fuerãt. cõfirmabãt quattuor cõtinuis mẽſibus. nec ceſſatũ eſt vnq̃ erogari panis ex ſportis: neqꝫ deeſſe potuit aliquãdo. Similiter aũt ⁊ alio tẽpore feciſſe eũ de frumẽti ⁊ olei ſpecie perhibebãt. Quibus virtutibus motus diabolus dixiſſe ad eũ ferẽ. Nũquid helyas es tu: aut alius aliquis propheta ꝝ vel apoſtoloꝝ: q̃ hec facere auſus es? At ille reſpõdit ei. Quid eniꝫ. nõne ⁊ ꝓphete ⁊ apoſtoli homines erãt: qui nobis ⁊ fidẽ ſuã ⁊ gratiã tradiderũt? Aut tũc deus p̃ſens erat. nũc vero abſens ẽ? Abſit. Deꝰ oĩa poteſt. ⁊ q̃ põt: ſemꝑ põt. Si ergo đs bonus eſt: tu quare malus es? Hec vt ſupra iã diximus a ſenioribꝰ viris religioſis ⁊ ſanctis ꝑ eũ geſta eſſe: fideli narratiõe cõperimꝰ Et q̃uis eoꝝ fidelis ſit habenda relatio. maiorẽ tamẽ fidẽ reꝝ preſtitit etiã hoc: qđ noſipſi oculis nr̄is iſpeximus. Plenas eni ſportas panibꝰ deferri vidimꝰ ad vacuas mẽſas. ⁊ cũ replerẽtur panibꝰ mẽſe atqꝫ ad omnẽ ſatietatẽ ꝯſumerẽtur: plene nihilominꝰ recolligebãtur. Aliud quoqꝫ quod apud eũ miꝝ vidimꝰ: nõ ſilebo. Tres eramus nos fratres q̃ ad ſanctũ apolloniũ venimus: ⁊ ecce lõge adhuc nobis poſitis ab eius monaſterio: occurrerunt fratres: qui ab ipſo ante triduũ audierant de aduentu noſtro: occurrerunt aũt nobis cũ pſalmis. hoc enim moris eſt eis facere i aduentu oĩuꝫ monachoꝝ. Et adorãtes i facies ſuas vſqꝫ ad terrã. oſculabãtur nos: atqꝫ oſtẽdẽtes nos ſibi iuicẽ dicebãt. Iſti ſũt frẽs. de quoꝝ aduẽtu ante triduũ nobis pater apolloniꝰ predixerat: dicẽs. Poſt triduũ affuturos tres fratres de hieroſolymis veniẽtes. Alij vero ex fratribꝰ p̃cedebãt nos alij ſequebãtur: vtraqꝫ tamẽ turba pſallebat. Ubi aũt approq̃quare cepimꝰ: audita voce pſalmi: etiã ipſe ſanctus ꝓcedit in occurſum. Et vt vidit nos. ſtatiꝫ prior adorauit vſqꝫ ad terrã ⁊ ſurgẽs oſculo nos ſuſcepit. Ubi aũt igreſſi ſumus monaſteriũ: oratione prius: vt moris eſt: data. pedes noſtros ꝓprijs manibꝰ lauit: ⁊ cetera que ad requiẽ corporis pertinẽt: adimpleuit. Hec aũt ita facere ei mos erat oibus aduẽtãtibus. Illud quoqꝫ moris erat apud eũ: vt fratres qui cũ ipſo erãt nõ prius cibum ſumerent: q̃ cõmunionem dominicam ꝑciperẽt: circa horã diei nonã: ⁊ poſt hoc iterdũ ſic vſqꝫ ad veſperã ꝑmanebãt: dum verbum dei audiẽtes de mandatis domini adimplẽdis ſine itermiſſiõe docebantur. Poſt hec iã cibo ſumpto alij ipoꝝ ad heremũ ſecedebant per totam noctem ſcripturas diuinas memoria recolentes: alij in eodem loco ad quem conuenerant ꝑmanebant: ⁊ vſqꝫ ad lucẽ i hymnis ⁊ laudibus dei peruigiles durabãt: ſicut ⁊ ego ipſe preſens vidi. Aliquanti vero ex ipſis circa horã nonã cum deſcẽdiſſent de monte: ꝑcepta dei gratia: ſtati deſcẽdebant: ſolo hoc ſpiritali cibo ꝯtẽti: ⁊ hoc faciebãt ꝑ plurimos dies. Supra modũ aũt leticia ⁊ gaudiũ inerat eis: ⁊ tanta exultatio: quãta haberi ab vllo hominum nõ poſſit i terris. Nullus i eis triſtis omnino iueniebatur: ſed ⁊ ſi aliq̃s viſus fuiſſet aliquãtuluꝫ meſtior: ſtati pater Apolloniꝰ cauſaꝫ meſticie ꝑquirebat. Frequẽter aũt etiã ſi aliquis occultare voluiſſet: ipſe enũciabat q̃d lateret i corde: ita vt is qui patiebatur agnoſceret. Monebat ḡ eos dicẽs: nõ oportere ꝓſus ieſſe triſticiã his q̃bꝰ ſalus i đo ẽ ⁊ ſpes i regno celoꝝ. Triſtenẽ aiebat gẽtiles: ⁊ lugeant iudei: plangant ſine ceſſatiõe pccõres: iuſti vero letenẽ. Nã ſi illi q̃ t̃rena diligũt: ſuꝑ fragilibꝰ ⁊ caducis rebꝰ letãtur: nos q̃ tãte glie ſpeꝫ ⁊ et̃nitatis ha

bemus expectationem:cur non omni ex/
ultatione letemur:ʼ Aut non ⁊ apoſtolus
nos ita monet dicens. Semper gaudete
ſine intermiſſione orate:in omnibus gra/
tias agite:ʼ Sed quis poſſit doctrine eius
⁊ verboruz gratiam ſufficienter exprime
re:vnde ſilere de his melius cenſeo:ꝙ pa
ruz indigne proloqui. Multa eniz no/
bis etiam ſecretius de ratione abſtinentie
⁊ conuerſationis integritate: multa enim
de hoſpitalitatis ſtudio diſſerebat:⁊ preci
piebat attētius. vt aduētātes fratres q̄ſi
dn̄i ſuſcipiam⁹ aduētuz: Nā ⁊ adorari fra/
tres aduenientes ꝓpterea inquit traditio
noſtra hēt: vt certū ſit in aduētu eoꝝ aduē
tuz xp̄i haberi. Sic eniz ⁊ abrahaz ſuſce/
pit eos q homines quidē videbant: domi/
nus autē i eis intelligebat̄. Interdū autē
etiā contra voluntatez cogere debemus
ad corporalez requiem fratres:ſicut ſan/
cti loth exempla nos edocēt: qui angelos
vi cōpulſos:ad domus ſue adduxit hoſpi/
tiuz. Sed ⁊ hoc monebat vt ſi fieri poſſit:
quotidie monachi ꝯmunicarēt myſteriis
xp̄i. ne forte q ſe lōge facit ab his lōge fiat
a deo:q aūt frequēti⁹ hec ſuſcipit freq̄nti⁹
ip̄z videat̄ ſuſcipere ſaluatorē:q2 ⁊ ita ipſe
ſaluator dicit. Qui mādicat carnē meā ⁊
bibit ſanguinē meū:i me manet ⁊ ego i eo.
Sed ⁊ ip̄a cōmemoratio dn̄ice paſſionis
cū aſſidue fit a monachis:plurimuz vtili/
tatis eis confert ad exēplū patiētie. Sed
⁊ cōmonitio datur ꝑ hec: vt ſtudeat vnuſ/
quiſq3 ita ſemper paratus inueniri:ne in/
dignus dominicis myſterijs habeat̄. Ad/
debat autē his ꝙ etiā remiſſio pctōꝝ: per
hec credētibus detur. Ieiunia ſane legi
tima ideſt quartā ⁊ ſextā feriaz monebat
nō eſſe ſoluēda niſi grandis aliqua neceſ/
ſitas fieret:q2 quarta feria iudas de tra/
ditione dn̄i cogitauerat:⁊ ſexta feria cru/
cifixus ſit ſaluator. Uidebitur ergo qui in
his diebus ſine aliq̄ neceſſitate ſoluit ſta/
tuta ieiunia: vel cū tradēte tradere ſalua
torez: vel cū crucifigētib⁹ crucifigere. Di/
cebat ḡ: vt ſi forte i dieb⁹ ꝑdictis ſupueni/
ret aliq̄s fratrū:ſiq̄dē ante horā nonā labo
ris cauſa velit reficere: ponēdā ei eē mē/
ſam ſoli. quod ſi nolit non eē cogendū. cō/
munis nanq3 huius obſeruantie traditio
eſt. Culpabat ſane eos valde qui vel comā
capitis nutriunt: vel ferrum in collo cir/
cūferunt: vel aliquid tale. quod ad oſtēſio
nem hominū fieri videat̄ gerunt. Certum
ē enī iquit. ꝙ iſti ab hominib⁹ laudē que/
rant. ⁊ oſtētationis cauſa hec faciāt: cum
mādatū ſit etiā ieiunia ipſa i occulto eſſe
celebrāda. vt deo ſoli ſint cognita qui vi/
det qđ i occulto fit:⁊ reddet palā. Sed vt
videt̄ iſti nō ſunt cōtēti ei⁹ teſtimonio ⁊ re
muneratiōe qui videt i occulto: ſed mani/
feſtari apud homines ſe volūt. Omnis er
go abſtinētie ratio i occulto habēda ē: vt ⁊
corpus ieiunijs fatiget̄. ⁊ tamē non apud
homines iactātia:ſed apud deū retributio
queratur. Hec ⁊ multa alia nobis de con
uerſatione monachorū. per totā differens
ſeptimanam dierū:⁊ fidē doctrine geſto/
rū ſuorū auctoritate cōfirmans: vbi profi
ciſci cepimus:producens nos aliquantulū
monebat dicēs. Ante omnia pacē habeto
te īter vos:⁊ nolite abiuicē ſeparari. Tūc
cōuerſus ad fratres que ſimul cū eo ꝓdu
centes nos aderant. Quis iquit veſtrum
fratres prōpt⁹ ē deducere eos vſq3 ad vi
cina patrū monaſteria:ʼ Et cū pene omnes
prōptiſſime ſemetipſos obtuliſſent. ⁊ pro/
gredi nobiſcū vellent: ipſe ſanctus pater
apollonius elegit ex omnibus tres qui ⁊
grecaz linguam ⁊ egyptiam bene noſſent
vt ſicubi neceſſariū fuiſſet īterpretarent̄
nobis:qui ⁊ i collocutionib⁹ ſuis edificare
nos poſſent. Mittēs ergo eos nobiſcū. ꝑ/
cepit ne prius a nobis diſcederent ꝙ oēs
patres atq3 oīa que velim⁹ monaſteria vi
deremus:ꝙuis oēs circuire nemo ſuffici/
at. Benedicēs ergo nos dimiſit: atq3 i hec
verba bn̄dictionē dedit. Benedicat vos
domin⁹ ex ſyō. ⁊ videatis que bona ſūt hie
ruſalē: oībus dieb⁹ vite vr̄e. Finit vita
hti apollonij. De ſctō Ammōe abbate q
draconē inīfecit ⁊ latrōes ꝯuertit

Ue audiuimus de



Ammone quodā ſācto: viro cui⁹ etiā locū
in quo habitauerat vidimus in deſerto:
omittēda nō credidi. Igitur cū ad locum
eius ꝑueniſſemus. ⁊ ꝓgrederemur ad par
tē deſerti. cōtra meridianū: vidimus per
harenā veſtigia tractus draconis īgētis.
cuius tanta magnitudo apparebat: quaſi
trabes aliqua ꝑ harenā ducta videretur.
Quod vt vidimus timore īgenti percuſſi
ſumus. Fratres aūt q nos deducebāt: hor
tabātur nos nihil omnino formidare: ſed
magis fiduciā capere:⁊ ꝑ veſtigium ſequi
draconē. Uidebitis eniz iquiūt: ꝙtū va/
let fides: cū a nobis eū videritis extingui
Multos eniz ⁊ dracones ⁊ angues ⁊ cor
nutas manib⁹ noſtris peremimus: ſic eniz
ſcriptū legimus. q2 credētibus i ſe cōcedit
ſaluator calcare ſuper ſerpētes ⁊ ſcorpio/
nes:⁊ ſuper omnē virtutem inimici. Sed
illis hec dicentibus nos pre infidelitatis
fragilitate magis magiſque metueba/
mus. ⁊ rogabamus eos. ne velint ſeq̄ dra
conis veſtigia: ſed potius vt recto itinere
pergeremus. Unus tamē ex ipſis alacri/
tate īpatiens inſecutus eſt draconē. Et cū
nō longe iueniſſet eius ſpelūcā: clamabat
ad nos vt iremus ad eū. ⁊ videremus exi/
tum rei. Quidā tamē ex fratribus occur
rens nobis qui i vicino habebat monaſte
riū: ꝓhibuit nos ire: Dicēs ingētis eſſe ma
gnitudinis beſtiā: nec poſſe nos ipſum ſal
tim viſum eius aſpectūq3 tolerare. preci
pue q2 nihil tale i vſu habuerimus vidē/
di. Semetipſum vero fatebatur frequē/
ter vidiſſe ipſam beſtiam: cuius vaſtitas
quidē icredibilis: lōgitudo vero diſtēde/
batur i quindeciz cubitis. Cumq3 nos ad
locū dehortatus eſſet accedere: ipſe ꝓpe/
rans fratrē: qui illic nos hortabatur para/
tus ad ꝑimendā beſtiā abſtraxit ſecūq3 re/
uocauit: ⁊ nolētē diſcedere niſi extigueret
eā: multa ꝑce eū deflexit. Qui cū veniſſet
ad nos ignauiā noſtrā īfidelitatēq3 redar/
guit. Peruenientes aūt nos ad cellulam
fratris illius qui nos rogauerat: cū omni
gratia ab eo ſuſcepti: requiem⁹. Ille ergo
narrabat nobis. ꝙ i illo loco vbi ipſe cōma
nebat: fuiſſet q̄dē vir ſcūs cui⁹ ipſe eſſet di
ſcipulus. ammon noīe: ꝑ quē plurimas vir
tutes fecerit dn̄s. Inter cetera igitur etiā
hoc de eo narrabat. Frequēter iquit ve/
niebāt ad eū latrones. panē quo ſolo veſce
batur auferētes ei:⁊ ſiquid erat qđ ad vi/
ctū ſuū cōtinētiſſimū repoſitū videbatur.
Cūq3 frequēter ab his moleſtiā pateretur
quadā die proceſſit ad heremū:⁊ īde redi
ens duos dracones ingentes ſecum comi
tari iuſſit. atq3 ad oſtiū monaſterij ſui ma/
nere eis precepit: ingreſſūq3 ſeruare. Ue/
niētes ex more latrones: vidēt qui eſſent
cuſtodes i limine. Et vt viderūt dracones
exanimes ⁊ amētes effecti: obmutuerūt
ſtatim ⁊ ꝯciderūt. Quod vbi ſenior ſenſit.
egreſſus iuenit eos ſemineces: ⁊ accedēs
atq3 erigēs eos: icrepabat dicēs. Cernitis
quantum vos diriores eſtis beſtijs:ʼ Ille
etenim nobis ꝓpter deū obediūt: vos aūt
nec deū timetis: nec vitā ſeruoꝝ dei īquie
tare erubeſcitis. Uerūtamen introducēs
eos i monaſteriū poſuit eis menſam: ⁊ iu/
bet vt ꝑciperēt cibū. Illi vero corde ꝯpū/
cti:⁊ ab omni mētis ſue immanitate mox
ꝯuerſi: multis ſeruis dei qui ante hos ſer/
uire deo ceperūt: breui meliores fuīt. In/
tātū eniz ꝑ penitētiā ꝓfecerūt: vt poſt nō
multū tēporis. etiā ipſi eadē facerēt ſigna
eaſdēq3 virtutes. Alio preterea tēpore
immaniſſimo quodā dracone vicinas va/
ſtāte regiones:⁊ plurimos perimēte: vene
rūt habitatores loci illius ad ſupradictum
patrē rogātes eū. vt i regionibus ſuis pe/
rimeret beſtiā. Simul etiā vt ad miſericor
diā fleterēt ſenē: pueꝝ quendā paſtoris fi/
liū ſecū deferunt. q ſolo viſu draconis ex/
territus mēte exciderat:⁊ a flatu ſolo be/
ſtie exanimis portabatur ac turgēs. Tūc
ille pueꝝ quidez perungens oleo reſtituit
ſanū. Semetipſum vero ad necem draco/
nis īſtigās: illis iterim quaſi q nihil eos poſ
ſet iuuare: ꝓmittere nihil voluit. Matu/
re aūt ſurgens abijt ad digreſſus beſtie:⁊
figēs genua ſua i terrā deprecatus ē deū
Tūc beſtia cū igēti īpetu venire ſup eū ce
pit: teterrimis flatib⁹ ac ſibillis: ſtridoribuſ

ꝙ p̄miſſis. At ille nihil hoꝝ metuēs: ꝯuer/
ſus ad draconē dicit. Perimat te xp̄s fili⁹
dei q̄ peremptur⁹ ē cetū magnū. Et vbi
hec ſenioꝛ dixit ſtatim diriſſim⁹ draco oē̄
ſimul cū ſpiritu euomēs venenū: diſrupt⁹
crepuit medius. Cū aūt ꝯueniſſent finiti/
mi habitatoꝛes. ⁊ fracti draconis miracu/
lo obſtupeſcerēt. fetoꝛis vehemētiā nō fe/
rētes: ꝯgregauerūt ſuper eū harene mo/
les immenſas. aſtante tamen ibidē patre
ammone. qꝛ nec ſic q̄dē cū moꝛtua fuiſſet
beſtia: ſine illo appropiquare ei audebāt.

De ſācto copꝛete p̄ſbytero ⁊ heremita.

## Erat quidam pater

i ipſa heremo. habēs monaſteriū
Copꝛes noīe: vir ſanctus annoꝛuꝫ circiter
octogīta. ⁊ ipſe multas virtutes faciens.
languoꝛes curās ⁊ efficiens ſanitates: ſed
⁊ demones fugās. ⁊ multa mirabilia faci/
ens. Ex quibus nonnulla etiā i noſtri pꝛe/
ſentia effecit. Is ergo cum vidiſſet nos. ⁊
oſculo ſalutaſſet. atqꝫ ex moꝛe poſt oꝛatio
nem etiā pedes lauiſſet: requirebat a no/
bis que gererētur i ſeculo. Nos aūt roga
bamus eū. vt ipſe magis nobis de ſuis ge/
ſtis aliqua narraret. ex q̄b⁹ actib⁹: quibuſ/
ue meritis dn̄s ei tātā gratiā cōtuliſſet: ex
poneret. At ille nihil dedignatus eſt: ⁊ ſue
vite: ⁊ pꝛioꝝ ſuoꝝ narrare nobis oꝛdineꝫ
cepit. quos tamē longe illuſtrioꝛes fuiſſe
perhibebat: ſeqꝫ ipſoꝝ parua vix exēpla
ſectari. Dicebat ergo. Nihil magni eſt o fi
lioli: q̄d i nobis videtis ad cōparationem
ſanctoꝝ patrū. Erat enim quidam ante
nos vir nobiliſſimus pater noīe mucius.
Hic fuit pꝛimus i hoc loco monachus: ⁊ i
omni hac heremo. viā ſalutis oībus nobis
pꝛim⁹ oſtēdit. Hic aūt pꝛimo gētilis fuit
latronū maxim⁹ ⁊ ſepulchꝛoꝝ violatoꝛ at/
qꝫ i oīb⁹ flagitiis opinatiſſim⁹. ad quē ta/
li ex modo occaſio ſalutis aduenit. Nocte
quadam ad domuꝫ cuiuſdā virginis deo
ꝯſecrate expoliādi gr̄a pꝛerexit: cūqꝫ machi
nis q̄buſdā que huiuſmodi artificib⁹ note
ſūt dom⁹ ei⁹ tecta ꝯſcēdiſſet. querēs quali
arte vel q̄ aditu ad penetralia ei⁹ irreperet:
difficultate perpetrādi opis innexus: plu/
rimū noctis tempus i tectis poſitus: ſine
vllo tranſegit effectu. Poſt multos vero
animi conat⁹ fruſtra adhibitos veluti feſ/
ſus ſomno oppꝛimitur: ⁊ per viſum aſſiſte
re ſibi videt quendā regio habitu fulgētē
⁊ dicentē. Deſine iaꝫ ab his flagitiis: ⁊ ab
effuſione humani ſanguinis ceſſa: atqꝫ ab
execrabilibus furtis: ad laboꝛeꝫ religio/
ſum cōuertere vigiliaꝝ: ⁊ ſuſcipe celeſteꝫ
angelicāqꝫ militiā: atqꝫ ex hoc iam animi
virtutib⁹ viue: ⁊ ego te huius milicie du/
cē atqꝫ pꝛīcipē faciā. At ille cū gratanter
que ſibi offerebātur: audiſſet. oſtēditur ei
exercit⁹ monachoꝝ: ⁊ pꝛīcipatū tenere ſu
per eos iubetur. In his euigilans aſtan/
tem vidit ſibi v̄ginē ⁊ regrentē: q̄s aut vn
de. vel cur illic adeſſet. At ille quaſi amēs
effectus nihil ei r̄ndit: ſed tātū vt eccleſiā
ſibi oſtenderet: rogat. Illa vero cū ītelle/
xiſſet eſſe i re aliquid opis diuini: hominē
p̄ducit ad eccleſiā: ac p̄ſbyteris offert. Ad
quoꝝ ille veſtigia ꝓruens. oꝛabat xp̄ianū
ſe fieri ⁊ locū ſibi penitētie dari. Pꝛeſbyte
ri vero q̄ cognouerāt virū hūc: omniū eē̄
ſceleꝝ auctoꝛē: mirātur ſi hec vera loq̄ret.
Et cū p̄ſeuerātia ſui fidē rei feciſſet monēt
euꝫ vt ſi hec vellet illa penitus omitteret.
Dehinc cum religionis initia ſuſcepiſſet:
oꝛat ſibi p̄cepta dari: q̄bus viā ſalutis de/
beret incedere. At illi tres ei pꝛimi pſalmi
v̄ſiculos tradunt. Quib⁹ ille diligēter ꝯſi
deratis: ſufficere ſibi ait eos ad viā ſalutis
⁊ ſcientiā pietatis. Tribuſqꝫ diebus p̄ma
nens apud eos ad heremū ꝓficiſcitur. vbi
plurimo tēpoꝛe demoꝛatus. ⁊ die ac nocte
i oꝛatiōe cū lachꝛimis p̄durās: cibū ex ra/
dicib⁹ accipiebat herbarū. Regreſſus
autem ad eccleſiam: tres verſiculos pſal/
mi quos a pꝛeſbyteris perceperat. nō ſolū
verbis ſed ⁊ rebus atqꝫ operibus reddidit.
Pꝛeſbyteri vero mirabātur ꝙ ſubito con/
uerſus acerrimam ſtatim inierit abſtinen/
tiam ⁊ inſtruentes eum plenius ex diui/
nis ſcripturis: hoꝛtabantur ſecum demo/
rari. At ille ne videretur eſſe inobediens
ex omnibus patribus ita penetraſſe au/
las totius ſciētie crederes nec ita aliquē
receptū eſſe intra cubiculū ſapientie dei:
omnes quicūqꝫ eū viderant: faterentur.
Huic erāt duo fratres Euſebius ꝛ Euti/
mius. Nā dioſcorus qui maior natu in eis
fuerat:ad epiſcopatus officiū raptus eſt.
Hi ergo fratres erāt ei nō ſolū carne:ſed ꝛ
vita atqꝫ inſtitutione:ꝛ tota animi virtute
germani.Qui omnes ſimul eos qui ī illis
locis habitabāt fratres.tanq̄ſi nutrix fo/
ueat filios ſuos.ita vnūquēqꝫ īſtruentes
cōſolabātur.ꝛ docētes ad ſummā perfe
ctionem nitebantur educere. Vidimus
ergo ſupradictū hominē dei Ammonium
habentē monaſteriū inter cos muro circū
datū:quod in illis locis ex lateribus cru/
dis fieri facile ſolet:amplū ꝛ omnibus ne/
ceſſarijs inſtructū:in quo etiā puteū ipſe
foderat.Venit autē quidā frater ſaluari
apud eos volens:adijt eundē Ammoniū
rogans vt ſicubi eſſet cellula vacans. in
qua habitari poſſet.Tunc ille.Ego inquit
requirā:ſed donec inueniā hic eſto ī hoc
monaſterio.Ego enī iā nūc egrediar vt re
grā.Et relinquēs ei oīa pariter cū monaſte
rio:ipſe ꝓcul ab eo loco paruiſſimā cellulā
repperit:atqꝫ ī ea ꝯſtituit.fratriqꝫ q nuper
aduenerat nec ītelligenti: ex ītegro cum
omnibus que ī eo fuerāt ceſſit monaſterio
Sed etſi plures fuiſſent.q forte veniētes
ad eos ſaluari cuperēt:ſupradict⁹ vir fra
tribus cōgregatis.omnibus cū alacritate
iuuātibus ſub die vna monaſteriū cōſtru/
ebāt.Et cū ſingulis quibuſqꝫ expleuiſſet
numerū monaſteriorū:inuitabantur hi qui
manſuri erant ad eccleſiam.quaſi refecti/
onis gratia:quibus inibi occupatis. vnuſ/
quiſqꝫ fratrum de cellulis ſuis proferen/
tes que neceſſaria erant:ſingulorum no/
uas cellulas inſtruebant:ita vt ex colla/
tione caritatis nihil omnino. vel vtenſi/
liū vel que ad victū requirūtur: deeſſent:
nec tamē manifeſta fieret vniuſcuiuſqꝫ
oblatio. Regreſſi ergo ad veſperā hi qui/
bus fuerāt cellule preparate:inueniebāt po
ſita omnia que ad vſus eſſēt neceſſaria.et
ita inſtructa habitacula: vt nihil prorſus
deeſſe proſpicerent. De ſancto didimo.

Idimus inter eos
quēdā ex ſenioribus virū bonum
noīe Didimū:ī quo multa erat dñi gratia
quā ī eo etiam vultus ipſe īdicabat. Hic
ſcorpiones ꝛ ceraſtas. ideſt beſtias quas
cornutas vocāt.ꝛ angues qui ī illis locis
pro feruore ſolis acerrimi habētur:tanq̄
terre quoſdam vermiculos pedibus con/
culcabat:ꝛ ita extinguebat. vt nihil ab eis
omnino pateref. De ſancto Cronio.

Idimus etiam ali
um apud eos ſumme āntiquitatis
patrē Croniū noīe:ī ſenectute bona ꝛ ꝑfe
cta etate durātē.cētū nāqꝫ ꝛ decē agebat
etatis annos. Hic ex diſcipulis adhuc be/
ati Antonij ſupererat:cuius inter ceteras
animi virtutes humilitatis gratiam vidi/
mus immenſam De ſancto Origene

Rat autem ꝛ alius
adhuc ex diſcipulis Antonij Ori
genis noīe: vir ꝑ oīa magnific⁹: ꝛ ſumme
prudētie:cui⁹ ſermo ꝛ narratio de virtuti
b⁹ optimi magiſtri hoīs dei edificabat oēs
audientes. ꝛ inflammabat vehementer.
ita vt oculis cerni que ab eo narraban/
tur putares. De ſancto Euagrio.

Idimus ibi ꝛ ſapi
entiſſimū virū ac ꝑ oīa mirabilē
Euagriū noīe cui īter:ceteras animi vir/
tutes:tāta ꝯceſſa eſt gratia diſcernēdorū
ſpirituū:ꝛ purgādarū:ſicut apl'us dicit:co/
gitationū. vt nullus alius putaref ex fra/
trib⁹ ad tātā ſubtiliū ꝛ ſpūaliū rerū ſciētiā
ꝑueniſſe.Cui q̄ſi ex reb⁹ ipſis ꝛ expimētis
ꝛ qđ eſt ſup oīa:ꝑ grām dei magna collata
fuerit ītelligētia:accidit tamen ꝛ hoc: vt
mlto tēpore īſtruct⁹ fuerit a btō Macha



rio:quē famoſiſſimū ī dī gratia:ſigniſqꝫ ꝛ
virtutibus īſignē fuiſſe oībus notum eſt.
Hic ergo Euagrius īcredibilis erat abſti
nētie.ſuper omnia tamē monebat fratres
ſi qui forte ſtudium gererēt vel humiliādi
corporis. vel fātaſias ab eo demonū pro/
pellēdi:ne ī bibēda aqua largiore mēſura
vterētur dicebat enim.Quia ſi aqua mul/
ta corpori infundatur :maiores fantaſias
generat ꝛ largiora receptacula demonib⁹
prebet. Sed ꝛ multa alia de abſtinētia:ſū/
ma cū deliberatione edocebat. Ipſe autē
non ſolū aqua parciſſima vtebatur: ſed ꝛ
pane penitus abſtinebat. Illi vero qui in
illis locis morabātur fratres:pane ſolo et
ſale cōtēti erāt: vt ī illa omni multitudine:
vix inuenires aliquē qui oleo ſaltim vtere
tur. Plures aūt ex eis:nec iacētes ſomnū
ſed ſedentes: ꝛ vt ita dicam:in meditati/
one diuinorum verborum poſiti capie/
bant. De ſancto Machario egyptio.

Arrabant autem
nobis quidā ex patribus qui ibi
erant ꝙ in locis illis duo Macharii:qua/
ſi duo celi luminaria refulſiſſent:ex quib⁹
vnus egyptius genere.ꝛ diſcipulus beati
Antonii fuit.alius alexandrinus. Quib⁹
vt vocabula nominis:ita virtutes animi.
ꝛ celeſtium gratiarū magnificētia concor
dabat. Vterqꝫ enim Macharius abſtinē
tie exercitiis ꝛ virtutibus animi equaliter
pollens:hoc ſolo alius precellens ꝙ quaſi
hereditatē gratiarū ꝛ virtutū beati Anto
nii poſſidebat. Hunc deniqꝫ ferūt.aliquā
do cum homicidiū in locis vicinis fuiſſet
admiſſum.ꝛ innocenti cuidā impigeretur
crimen admiſſi:confugiſſe ad eius cellulā
is qui calumniā patiebatur:affuiſſe etiā
eos qui purgebant .allegantes ꝛ dicētes
ꝑiclitari ſeipſos.niſi cōprehenſū legibus
traderent homicidā. His vero cui crimē
impingebatur cum ſacramentis affirma/
bat:conſcium ſe non eſſe ſanguinis illius
Et cū diu ab vtraqꝫ ꝑte certamē haberef
īterrogabat ſāctus macharius vbi ſepult⁹
eſſet.q dicebaf occiſus.Cūqꝫ deſignaſſēt
locum:cum omnibus q ad purgendum ho
minē venerant.ꝑgit ad ſepulchrū.atqꝫ ibi
fixis genibus inuocato xp̄i nomie ait ad
eos q aſſiſtebāt. Nunc dñs oñdat ſi vere
reus eſt hic:q purgetur a vobis. Et eleua
ta voce:ex nomie clamabat defunctum.
Cumqꝫ ei vocatus de ſepulchro reſpōdiſ/
ſet:ait ad eum. Per fidem xp̄i te obteſtor
vt dicas ſi ab hoc homine qui calumniā
patitur occiſus es. Tunc ille de ſepulchro
clara voce reſpondit:dicens. Nō ſe ab eo
eſſe interfectū. Et cū obſtupefacti omnes
decidiſſent ī terrā:ac pedib⁹ eius aduolue
rētur:rogare ceperūt vt īterrogaret eū
a quo eſſet occiſus. Tunc ille.hoc īquit nō
īterrogabo. Sufficit enim mihi vt inocēs
liberetur:non eſt autem meum vt reus ꝓ/
datur. Aliud quoqꝫ eius genus miracu
li ferebatur. Cuiuſdā e vicino oppido pa
triſfamilias virgo filia per fantaſias magi
cas videbatur hominibus in equinum ani
mal verſa: vt putaretur equa eſſe: ꝛ nō pu
ella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille
percuncta. Quid ſibi vellent. Aiunt pa/
rentes eius. Equa hec quam vident oculi
tui puella virgo ꝛ filia noſtra fuit:ſed ho/
mines peſſimi magicis artibus in animal
hoc quod vides eā verterunt. Rogamus
ergo vt ores dominum: ꝛ commutes eam
in id quod fuit. At ille ait. Ego hanc quā
oſtenditis mihi puellam video:nihil ī ſe pe
cudis habentem. Hoc autem quod dici/
tis non eſt in eius corpore:ſed in oculis in/
tuentium. Fantaſie enim demonum ſunt
iſte:non veritas rerum. Et cum introdu/
xiſſet eam cum parentibus ſuis intra cellu
lam.fixis genubus orare chriſtum cepit:ſi/
mulqꝫ ꝛ parentes hortabatur ſecum do/
mino ſupplicare: ꝛ poſt hec perungētes eā
oleo in nomine domini : omni fallacia vi/
ſus expulſa: virginem videri omnibus vt
etiam ſibi videbatur:effecit. Alia quoqꝫ
iunior puella ad eum deducta eſt : cuius
obſcena corporis:ita omni ex parte com/
putruerunt: vt conſumptis carnibus inte/
riora quoqꝫ ꝛ ſecreta nature nudarentur:
ac vermium ebulliret inde innumera mul

titudo: ita vt nec accedere quidem quiſ
quam ad eam poſſet pre fetoris horrore.
Hec cum allata a parentibus. ⁊ proiecta
fuiſſet ante fores eius: miſerans virginis
cruciatus. equo animo īquit eſto filia. hec
tibi ad ſalutem dominus non ad interitū
dedit. vnde prouidendum eſt magis. vt
ſanitas tua. nullum tibi periculum confe
rat. Et cum inſtitiſſet oratiōibus per ſeptē
continuos dies: ⁊ oleum benedicēs in no
mine domini perungeret mēbra eius: ita
eam ſanam reddidit. vt muliebris in ea
nature nulla forma. nulla ſpecies appare/
ret: ſed eſſet ei inter viros conuerſatio.
abſqꝫ feminee ſuſpitionis obſtaculo. Aie
bant preterea ⁊ aliquādo veniſſe ad eū he
reticum quendam hieracytam: quod ge/
nus hereſeos inuenitur apud egiptū. Hic
cum per multam loquendi artē. plurimos
fratrum qui habitabāt ī heremo cōturba/
ret auſus eſt etiam coraꝫ ipſo fidei ſue aſ/
ſerere prauitatem. Cui cum reſiſteret ſeni
or ⁊ contradiceret. ille verba ſimplicia ar/
gumentis callidis eludebat. Sed cū vide
ret ſanctus fidem fratrum periclitari: qd
opus eſt inquit nos verbis contēdere ad
ſubuerſioneꝫ audientiuꝫ: Exeamus ad ſe/
pulchra fratrum. qui nos preceſſerunt in
domino. ⁊ cui noſtrum cōceſſerit domin⁹
ſuſcitare mortuuꝫ de ſepulchro. ſciant oēs
quia illius fides probatur a deo. Sermo
hic omnibus qui aderant fratribus placu
it. Proceſſerūt ad ſepulchra: hortaī Ma/
charius hieracytam vt euocaret mortuuꝫ
in noīe domini: At ille Tu inquit qui pre
poſuiſti prior euoca. Et Macharius pro
ſternens ſe in oratione ante dominuꝫ: vbi
ſufficienter orauit eleuatis ſurſum occu/
lis ſuis aiſ ad deum. Tu inquit domīe qs
ex duobus nobis rectā fidem teneat oſtē/
de: eleuato mortuo hoc. Et cum hec
dixiſſet. fratris cuiuſdam nomen qui nu/
per fuerat ſepultus euocauit: cui ille cum
de tumulo reſpondiſſet. accedentes fra/
tres continuo que ſuperpoſita erāt aufe/
runt. ⁊ eductum cum de ſepulchro reſolu
tis faſciolis quibus conſtrictus erat exhi
buerunt viuentem. Hieracyta vero vbi
hec vidit: obſtupefactū in fugam verti:
tur. Quem fratres quoqꝫ omnes inſequē
tes: extra terminos terre illius exturba/
uerunt. Multa etiā alia ferebantur đ eo
que nimis plixa ſunt ad ſcribendū: ſed ex
his paucis etiā cetera eius opera noſcūī.
De virtutibus alterius Macharij videli
cet Alexandrini.

## Lius vero ſāctus

Macharius. magnificas etiam
ipſe virtutes conſumauit: de quibus ⁊ ali
nōnulla ſcripſerunt: que ſufficere poſſunt
ad virtutis eius magnitudinē cōtuendā: ⁊
ideo nos ea cōpendio preterimus. Fere/
bant tamen eum amatorem fuiſſe heremi
ſuper omnes ceteros. ita ut etiā vltima ⁊
īacceſſibilia deſerti perſcrutatus ſit loca
vſqꝫ quo inueniret vt ferebatur locū quē
dam: in vltimis heremi conſtitutū ⁊ diuer
ſis ac pomiferis arboribus conſitū. ⁊ om/
nibus bonis repletū: vbi etiam duos fra/
tres inueniſſe ferebatur: quos cū rogaret
ut paterentur a ſe deduci illuc monachos
vt ibi habitarent quoniā quidem locus ⁊
amenus eſſet: ⁊ abundans in omnibus
neceſſariis. Reſponderunt: Nō poſſe ad
huc illuc plures adduci: ne forte veniētes
per heremū a demonibus deciperentur
Multos enim dicebant eſſe demones in
deſerto ac monſtra: quoꝝ moleſtias ⁊ ca/
liditates ferre multitudo īſueta nō poſſet
Regreſſus tamen ad fratres cū īdicaſſet
de oportunitate loci: multorū inflāmati
ſunt animi. vt pergerent illuc cuꝫ eo. Sed
vbi patres reliqui ſenſerunt animos iuue
num concitatos: repreſſerūt eos ſalubrio
re conſilio dicentes. Locus iſte ſi vere vt
iactatur a Jamne ⁊ mambre conſitus eſt
non aliud de eo credendum eſt. niſi quod
diaboli opere ad deceptionem noſtram
preparatus ſit. Si enim vere ut perhibēt
delicioſus eſt ⁊ abundans: quid ſperabi/
mus in futuro ſeculo: ſi hic deliciis frui/



mur? Et hec atqꝫ alia huiuſmodi dicentes
iuuenum feruentes animos repreſſerunt
Locus autem in quo habitabat ipſe ſan/
ctus Macharius Scithium appellatur
Eſt autem in heremo vaſtiſſima poſitus
diei ⁊ noctis iter habens de nytrie mona/
ſteriis: ⁊ illuc nulla ſemita neque terrenis
aliquibus colligitur vel monſtratur indi/
ciis: ſed ⁊ ſtellarum ſignis ⁊ curſibus pergi
tur. Aqua raro inuenitur ⁊ ſicubi inuen/
ta fuerit. odoris quidem diriſſimi ē ⁊ qua
ſi bituminea: ſed ſaporis innoxij. Sunt er
go ibi viri valde perfecti: nec enim pati/
tur tam terribilis locus niſi perfecti pro/
poſiti habitatores: ſummeqꝫ conſtantie.
caritatis tamen inter ſe ⁊ erga omnes. ſi
q forte ad eos acceſſerit: ſūmū ſtudiū ge
rūt. ferī deniqꝫ cū ſācto machario vuā qs
aliquādo detuliſſet. ille qui ſecūdū carita/
tē nō que ſua ſunt. ſed que alterius cogita
ret: ad aliū fratrē detulit eā qui quaſi īfir/
mior videbatur. Tūc ille gratias egit deo
pro fratris offitio: ſed ⁊ ipſe nihilominus
plus de proximo q̄ꝫ de ſemetipſo cogitans
ad aliū pertulit: ⁊ ille itē ad aliū. Et ſic cuꝫ
per omnes cellulas que lōge a ſemetipſis
per heremū diſperſe erant vna circūlata
eſſet: ignorantibus eis quis eā primo miſiſ
ſet: ad vltimuꝫ ipſi defertur qui eā miſerat
Gratulatus eſt autē ſanctus Macharius
ꝙ tantā videret in fratribus continentiā:
tantamqꝫ caritatem: ad acriora ſemetip/
ſum ſpiritalis vite extendit exercitia. Ad
fidem namqꝫ confirmandam nobis affir/
matum de eo eſt. ab his qui ex ore eius au
dierant: ꝙ quodam tempore noctis. de/
mon ad oſtium cellule eius pulſauit dicēs
Surge abbas Machari ⁊ eamus ad col/
lectam: vbi fratres ad vigilias congregan
tur. Sed ille qui gratia dei repletus falli
non poterat: intellexit diaboli eſſe falla/
tiam: ⁊ ait. O mendax ⁊ veritatis inimice
Quid eniꝫ tibi conſortij: quid ſocietatis eſt
cum collecta ⁊ congregatione ſanctorum.
At ille. Latet ergo te inquit o Machari
ꝙ ſine nobis nulla collecta agitur: nulla/
qꝫ congregatio monachorum: Veni deni/
qꝫ: ⁊ videbis opera noſtra. Tum ille. Jm/
peret inquit tibi dominus: demon immun
de: Et conuerſus ad orationem: petijt a
domino: vt ſibi oſtenderet ſi hoc verum
eſſet: quod gloriatus eſt demon. Abijt er/
go ad collectam vbi a fratribus vigilie ce
lebrabantur: ⁊ iterum in oratione domi/
num deprecatur: vt ſibi veritatem verbi
huius oſtendat. Et ecce vidit per totam
eccleſiam quaſi paruulos quoſdam pue/
ros ethiopes tetros diſcurrere huc atque
illuc: ⁊ velut volitando deferri: Moris
autem eſt inibi ſedentibus cunctis: ab vno
dici pſalmum: ceteris vel audientibus vel
reſpondentibus. Diſcurrentes ergo illi
ethiopes pueri: ſingulis quibuſque ſe/
dentibus alludebant: ⁊ ſic vbi duobus di/
gitulis oculos compreſſiſſent: ſtatim dor/
mitabat. Si cui vero in os immerſiſſent
digitum: oſcitare eum faciebant. Ubi ve/
ro poſt pſalmum ad orandum proceſſiſſent
fratres: precurrebant nihilominus ſingu/
los ⁊ ante alium iacentem in oratione qua
ſi mulieꝝ ſpe ferebāī aū aliū q̄ſi edifican/
tes: aut portantes aliqd aut diuerſa queqꝫ
agētes apparebāt. Et quecūqꝫ demones
quaſi ludendo formaſſent hec orantes illi
in cordis ſui cogitatione verſabant. A non
nullis tamen vbi aliquid horum agere ce
piſſent. quaſi vi quadā repulſi precipites
deijciebantur: ita ut nec ſtare qdē prorſus
aut tranſire iuxta eos auderent: aliis ve/
ro etiam īfirmis fratribus ſupra ceruices
⁊ dorſa ludebant: quia non erant in ſua
oratione intenti: Hec cum vidiſſet ſanct⁹
Macharius ingemuit grauiter: ⁊ lachri/
mas profundens ad dominum reſpice:
ait domine. ⁊ ne ſileas neqꝫ mitigeris de⁹
Exurge vt diſpergantur inimici tui. ⁊ fu/
giant a facie tua: quoniam anima noſtra
repletur illuſionibus: Poſt orationem
tamen examinande veritatis gratia ſe/
orſū euocatis ſingulis quibuſqꝫ fratrib⁹
āte quoꝝ faciē viderat demones diuerſo
habitu. ⁊ variis ymaginib⁹ ludentes: re/

quirit ab eis ſi ĩ oratione vel edificandi co
gitationes habuerint. vel iter agendi vel
alia diuerſa que vnicuiqꝫ imaginata per
demones viderat: ꝛ ſinguli eoꝝ ita confi/
tebant̃ in corde ſuo fuiſſe vt ille arguebat
ꝛ tunc intellectum ē. ꝙ oēs vane ꝛ ſuper
flue cogitationes quas vel pſalmoꝝ vel
orationum tempore vnuſquiſqꝫ concepe
rit: ex illuſione demonum fiant: ab his aũt
qui omni cuſtodia ſeruant cor ſuum: tetri
repelluntur ethiopes. Deo enim coniun/
cta mens: ꝛ in ipſum p̄cipue tempore ora
tionis intenta: nihil alienum. nihil ſuperflu
um recipit. Aliud quoqꝫ multo terribi/
lius addebat. qꝺ vidiſſet eo tempore quo
fratres accedebant ad ſacramenta. Ubi
porrexiſſent ad ſuſcipiendum palmas. in
nonnulloꝝ manibus preuenientes ethio
pes carbones deponere. corpus autez qꝺ
tradi manibus ſacerdotis redire videbat̃
ad altare: aliis vero quos melioꝝ merita
iuuabant. extendentibꝰ manus ad altare.
longe recedere demones: ꝛ cum ingenti
metu effugere: angelum enim domini aſ/
ſiſtere videbat altari. q cũ ſacerdotis ma/
nu. ſuam quoqꝫ manũ in ſacramentorum
diſtributione exponeret. Et ex hoc iam
ꝑmanſit ei a deo gratia iſta: vt in vigiliis
fratrum pſalmoꝝ ꝛ orationis tempore: ſi
quis aliud aliquid ſm̃ illuſionez demonũ ĩ
corde cogitaſſet: agnoſceret: ꝛ accedentiũ
ad altare. vł ĩdignitates vel merita eũ nō
laterent. Quodam autez tēpore ambo
Macharii homines dei cum fratris cuiuſ
dam videndi gratia iter agerent aſcende
runt nauigium: quo fluuius tranſiri ſolet
In quo nauigio erant ſimul qdam tribuni
diuites homines prepotentes: equos plu
rimos ac pueros ꝛ multa ſecuz miniſteria
habentes. Hoꝝ vnus cũ videret ĩ vltima
nauigii parte vilibus indumentis atqꝫ ad
omnia expeditos iacere monachos ait ad
eos. Beati eſtis vos q huic ſeculo illudi/
tis: nec quicq̃ ex eo ĩquiritis: niſi indumē
tum viliſſimum ꝛ parciſſimum victum
Tunc vnus de Machariis rn̄dit ad eũ.
Uere quidē vt dicis q deũ ſequũtur: illu/
dũt mũdo. ſed miſeremur veſtri. ꝙ vobis
econtrario mundus illudit. Tũc ille ꝯpũ/
ctus ſuper hunc ſermonē. ſtatim vt perue/
nit ad domum ſuã: derelictis omnibus vł
diſtractis que habebat. ꝛ pauperibus da
tis: ipſe deum ſequi cepit. ꝛ ad monachoꝝ
exercitia properauit. Sed ꝛ multa vt di/
ximus alia de operibus ſãcti Macharii
Alexãdrini mirabilia ferũtur: ex quibus ſi
nulla ĩ. xi. libro eccleſiaſtice hiſtorie inſer/
ta. qui requirat: inueniet. De ſan/
cto Ammone primo nytrie monacho.

# Nitium ſane habi

tationis monaſteriorum que ſunt
in nytria ſumptum tradebant ab Am/
mone quodam: cuius aĩmam cum exiſſet
de corpore vidit ferri ad celũ ſanctus An
tonius ſicut refert ſcriptura illa: que vitã
deſcribit beati Antonii. Hic igitur ãmon
locupletibus ꝛ generoſis parentibus na
tus eſt: a quibus inuitus ad nuptias coge
bat̃. Et cum vim parentum nō poſſet effu
gere: accepta virgine cuz intra nuptiales
thalamos ꝯueniſſet: ꝛ data eis eſſent cu/
biculi ſecreta ſilētia: alloq puellã de pudi
citia ꝛ ꝯſeruãda virginitate cepit hortar ĩ
dicens. Quia corruptio ſine dubio inuēi/
et corruptionem. incorruptio vero incor
ruptionē ſperat. Multo melius ē ſi vter/
qꝫ noſtrum in virginitate perduret: q̃ vt
alter corrũpatur ex altero: Acquieſcit vir
go. ſilentio tegitur incorruptionis theſau/
rus. Cumqꝫ plurimo tēpore ſolꝰ dei cōtē
ti teſtimōio. deo magis eſſent q̃ carni ꝛ ſã
guini cōiũcti: poſt obitum parentũ: ille q/
dem ad hũc vicini deſerti ſecedit locũ: vir
go vero intra domũ reſidens ĩ breui ꝛ ip̃a
multitudinē virginũ. ꝛ ille multitudinem
monachorũ cōgregat. Cumqꝫ ſecretius re
ſideret in heremo. adoleſcēs quidã q mor/
ſu canis rabidi in rabiē verſus ē: m̃tis vĩ
ctus cathenis ad euz deducitur: proſeq̃n
tibus eũ parētibus ſuis. ꝛ rogãtibus pro/
eo. At ille. Quid inquit mihi moleſti eſtis
o hoīes? Supra merita mea ē qꝺ expetitis
ſꝫ tamē hoc vobis indicare poſſũ: ꝙ ĩ mãi/



bus veſtris ē eius ſanitas. Reddite vidue
bouē ſuũ quē furati eſtis: ꝛ ſanus reddetur
vobis filius veſter. Ac illi extimuerũt q/
dem valde. ꝙ ea q̃ in ſecreto geſta ſũt non
latuerunt hominē dei: gauiſi ſũt tamen ꝙ
hanc eis viã ſalutis oſtēdit. ꝛ ſine mora vt
reddiderũt direpta orãte homine dei etiã
iuueni ſanitas rediit. Alio quoque tēpo/
re cũ veniſſent ad euz quidã probare vo/
lens animos ipſoꝝ. dicit doliuz ſibi eē ne/
ceſſariũ: vbi aquaz pro adueniētibus con
gregaret. Et cuz polliciti fuiſſent ꝑlaturoſ
ſe: vnus ex ipſis graue ſibi duxit: dicēs pĩ
clitare poſſe cameluz ſuuz: ſi ei tam graue
onus ĩponeret. Et ait ad alteruz. Tu ſi vis
aut potes defer: ego camelo meo parcam
ne moriatur. Tũc alter ait. Mihi ĩquit: vt
ipſe noſti: camelus nō ē: ſꝫ aſinus. Nũquid
qꝺ camelus portare nō pōt: valet aſinus
portare? At ille. facito ĩquit qꝺ vis: tu vi/
deris. Ego enĩ nō interimã camelũ meuz.
Tũc ille. ego ĩquit ĩpono aſino meo pon/
dus: qꝺ tu camelo tuo oneroſũ dicis: ꝛ me
rita hominis dei faciēt: qꝺ ĩpoſſibile ē eſſe
poſſibile. Et ita ĩpoſitũ doliũ aſino ſuo ꝑ/
uexit vſqꝫ ad monaſteriuz hoīs dei: ita vt
nec ſentiret aſinus ſe aliquid oneris porta
re. Quē vt vidit ãmon: benefeciſti ĩquit in
aſino deferēs doliũ. collega enĩ tui came/
lus mortuꝰ ē. Et regreſſus ĩuenit ita geſtũ
vt predixerat famulus dei. Sed ꝛ multa
alia ꝑ eũ ſigna dominus oñdit. Nã ꝛ fluui
um nylũ cũ trãſire vellet. ꝛ exuere ſe eru/
beſceret. Uirtute dei ſubito ĩ alterã ripaz
trãſlatus dicitur. Beatus autem Antoni/
us in ſumma ammiratione vite eius iuſti/
tiam: atque animi eius virtutes habuiſſe
memoratur De ſancto Pyamone.

# On autem mihi vi

detur dignuz etiã eius heremi ha
bitatores q̃ parthenio mari adiacet: ꝛ vici
na ē oppido qꝺ diolcho dicitur ſilētio ꝑte/
rire. In quo vidimus quēdã p̄ſbyterũ ad
mirabilē noīe Pyamonē. totius humilita
tis ꝛ benignitatis viruz: hñtē etiã reuelati
onũ gratiã. Deniqꝫ cũ quodã tp̄e dño ſacri
ficia offerret. vidit angelũ dei ſtantē iuxta
altare: ꝛ vniuſcuiuſqꝫ monachoꝝ accedē/
tium ad altare: ſcribentem nomina ĩ libro
quez tenebat in manibus: quorũdaz tamē
nomina nō ſcribētez. Cumque diligenter
obſeruaſſet ſenior. qui eſſent quorum no/
mina non ſcripſiſſet: poſteaq̃ ſunt cōpleta
myſteria. vnũquēqꝫ eoꝝ ſeorſuz vocans ꝑ
ſcrutatur. quid eis ĩ occulto peccati fuiſſet
admiſſuz. ꝛ ĩuenit ex cōfeſſione eoꝝ vnum
quenqꝫ mortalis peccati obnoxiũ. Tunc
hortatus eſt eos agere penitētiã. ꝛ ſemet/
ipſuz cũ eis añ dominũ proſternens die ac
nocte tanq̃ ipſe ĩ eoꝝ peccatis eſſet obno/
xius flebat: ꝛ tã diu permãſit cuz eis in lu/
ctu ꝛ lachrimis ꝛ penitētia. donec iteꝝ vi/
deret eũdē ãgelũ ſtãtez ꝛ ſcribētez accedē
tiuz nomina. Et poſtea q̃ omniuz ſcripſit:
tunc etiã illos ex nominibus euocantē: at/
que ad recōciliationē altaris ĩuitãtez. Et
vbi hec ſenior vidit: ĩtellexit eoꝝ ſuſceptã
eſſe penitentiã. ꝛ ſic eos altari tota cũ gra
tulatione reſtituit. Hunc etiã quodã tēpo
re ferebãt a demonibus ita verberatũ: vt
ſtare aut moueri omnino ꝺ loco nō poſſet
Et cuz dies adeſſet dominica. ꝛ res poſce/
ret offerri ſacrificiũ: iuſſit ſe fratrũ manibꝰ
ad altare portari. Ubi cũ ĩ oratione iacuiſ/
ſet. aſtantē cōtinuo vidit ãgeluz domini q
aſtare ſolebat altari: ꝛ porrigētez ſibi ma/
nuz atque eleuantem ſe de terra. ꝛ ſtatim
dolor omnis ita ab eo diſceſſit. vt ſolito ſa
nior redderet̃. De alio ſancto Joanne.

# Rat in ipſis locis

vir ſcũs ac totius gratie dono re/
pletus Joãnes noīe: ĩ quo tãta erat ꝯſola/
tionis gratia. vt quacunque meſtitia. quo
cunque tedio oppreſſa fuiſſet anima. pau
cis eius ſermonibus alacritate ꝛ leticia re
pleretur. Sed ꝛ ſanitatum gracia plurima
ei a deo donata eſt. In aliis quoqꝫ q̃pluri
rimis locis egypti. ſparſim vidimus ſan/
ctos dei virtutes multas ꝛ mirabilia fa/
cientes ꝛ gratia dei plenos: ſed paucos ex
multis memorauimus de omnibus enim
explicare ſupra vires noſtras eſt. Nam de

bis qui in ſuperiore thebaida. id eſt circa ipſam ſyenem. habitare dicuntur. auditu ſolo cōperimus: q bis pene oībus quos vidimus. celſiores illi ⁊ magnificentiores habebātur. Accedere vero ad ipſos ꝑ iti/neris periculo nequiuim⁹: qꝛ q̄uis oīa illa rū partiū loca latronib⁹ ĩcurſent. illa tñ q̄ vltra ciuitatē lyco ſūt. etiā barbaros paci unt. Et ideo nullus nobis ad eos acceſſus fuit: qꝛ reuera nec eos quos ſupius memo rauimus: abſque periculo vidimus.

De periculis itineris ad heremos.

## Epties nāq3 in hoc

itinere periclitati ſum⁹. in octauo autē ſicut ſcriptū ē. nō obtinuit nos malū deo nos ĩ omnibus protegēte. Denique ſe mel per quīque dies ac noctes ĩcedentes per heremum: ſiti ac laſſitudine periclitati ſumus. Alio quoque tēpore ĩcurrimus lo/ca ĩ quib⁹ eſt cōuallis quedā humorē ex ſe metipſa gignens ſalſuz: quē cōtinuo caloꝛ ſolis velut hyemalē pruinā in glaciē. ita in ſalez ſtringit. ⁊ tanq̄ ſudes acutas ex ipſo ſale efficit: atque ita omnia illa exaſperan tur loca vt nō ſolū nudos pedes. vt habe bamus nos: ſed ⁊ calciamētis munitos. te rebret ac ſecet. In his ergo inuēti: magno cū periculo vix euaſimus. Tertio cū nihil ominus per heremuz ꝑgeremus. ĩcurrim⁹ vallez quandā humorē ex ſemetipſa ſimili ter gignētez: ſed intra ſemetipſam euz ſer/uantez: cuius ſoluz laxū ⁊ fetiduz ceno re pletuz tranſire cupiētes: vſque ad latera dcſedim⁹. Cūque pene ibidē in eadē mer/geremur. exclamātes ad dominū: vocem pſalmi ꝓtulim⁹: dicētes. Saluū me fac de us qm̄ ĩtrauerūt aque: vſque ad animam meaz. Infixus ſum in limo profūdi: ⁊ nō ē ſubſtātia. Quartū pertulim⁹ ĩ aquis qui/buſdā. q̄ ex inundatione fluminis nyli re/māſerāt: ĩ qb⁹ triduo continuo afflicti. vix euadere potuim⁹. Quītū periculū fuit no bis a latronib⁹ cū ſecus mare iter ꝑagere mus. q per decē milia paſſuū inſequentes nos. quos perimere ferro nō potuerāt. pe/ne exanimes reddiderūt per fugā. Sextū diſcrimē nobis ĩ ipſo flumine nylo fuit: ĩ q̊ nauigātes pene ſubmerſi ſum⁹. Septimū ĩ ſtagno qđ marethſe vocabulo appellat̃. vēto ſeuiēte ĩ iſulā quādā ciecti ſum⁹: hye/me grauiſſima ſuꝑ nos ⁊ tēpeſtate fluēte Erat eñ tēpus q̊ ephiphanioruz dies cele brabant̃. Octauū aūt fuit: q cū ad nytrie monaſteria venirem⁹: locū quēdā ĩcidim⁹ ĩ quo refluēs nyli aqua reſidēs velut ſta/gnū quoddā effecerat: ĩ quo multe beſtie. ꝑcipue cocodrilli plurimi erāt. Qui cuz ad tēperiē ſolis exiſſent. reſoluti circa ora ſta gni iacebāt: ita vt ignorātibus nobis mor/tui viderētur. Et cū accederem⁹ ad viden daz mirandāque magnitudinez beſtiaruz: quas exanimes putabamus. ꝯtinuo vt ſo nuz peduz ſenſerunt excitate. irruere ⁊ iſe ctari nos vehemēter ceperūt. Nos autez magno cū clamore ⁊ metu nomen xp̄i in uocauim⁹ cui⁹ miſericordia affuit ⁊ beſtie que cōtra nos iſurrexerūt. quaſi ab āgelo repellente: in ſtagnū protinus proiecte ſūt Nos aūt curſu ꝯcito ad monaſteria feſtia uim⁹ grās agētes deo noſtro: q nos d̾ tātis ꝑiculis liberauit ⁊ tanta nobis oſ̄dit mira bilia. Ipi glia ⁊ honor ⁊ ptas ⁊ iperiū ĩ ſe cula ſeculoꝝ Amē. Finit vita ⁊ ꝯuerſatio ſctōꝝ prm egiptōꝝ ⁊ q ĩ ſcithia ⁊ thebaida morabantur: queadmodū bt̄s Hierōim⁹ multo labore conſpexit: ⁊ relata a fide di gnis audiuit. Et diligenter conſcripſit.

Incipiūt geſta ſctōꝝ patrū egyptōꝝ ſci thie et thebaide: q̄ beatus Hieronimus autentice conſcripta reperit: ⁊ e greco fi/deliter in latinū tranſtulit. immo etiā ab alijs trāſlata ĩ vnū collegit. ꝓlog⁹ btī hiero nymi p̄ſbiteri ĩ vitā ſctī pauli p̄mi hereite.

## Nter multos ſepe

dubitatū ē: a quo potiſſimum mo nachoꝝ herem⁹ habitari cepta ſit. Quidā eñ altius repetētes a btō Helya ⁊ Johāe pricipia ſūpſiſſe dixerūt. quoꝝ ⁊ helyas pl⁹ nobis videt̃ fuiſſe q̄ monach⁹. ⁊ Joa/nes añ ꝓphetare cepiſſe q̄ nat⁹ eēt. Alij āt ĩ quā etiā opinionē vulg⁹ ōmē ꝯſētit. aſ ſerūt ātoniū hui⁹ ꝓpoſiti caput: qđ ex ꝑte



verū eſt: Non eñ tam ipe añ omnes fuit. q̄ ab eo omniū iniciata ſunt ſtudia. Ama thas vo ⁊ machari⁹ diſcipli Antonij e qb⁹ ſuperioꝛ corp⁹ magiſtri ſepeliuit: etiā nūc affirmāt Paulū quendā thebeū principez rei iſtius fuiſſe: ſed non nominis: quā opi/nionē nos quoq3 probamus. Nonnulli ⁊ hec ⁊ alia prout voluntas tulit: iactitant. ſubterraneo ſpecu crinitum calcaneote/nus hominem. ⁊ multa alia que proſequi ocioſum eſt: ĩcredibilia fingētes: quoꝝ qꝛ ĩpudens mendatiū fuit: repellēda quidem coꝝ ſentētia videt̃. Igit̃ qꝛ de Antonio tā greco q̄ romano ſtilo diligenter memorie traditū eſt: pauca de Pauli primo heremi ta principio ⁊ fine ſcribere diſpoſui: magis quia res omiſſa erat: q̄ fretus ingenio. Quomodo autem in media etate vixe/rit aut quas ſathane pertulerit iſidias: nul li hominum compertum habetur Inci/pit Vita ſancti Pauli primi Heremitte.

## Ab decio ⁊ valeri

ano ꝑſecutorib⁹. quo tēpore. Cor/nelius rome. cyprianus cartagie felici cru ore dānati ſunt: mltas apud egyptū ⁊ the/baidam eccleſias tēpeſtas ſeua populata ē. voti tunc xp̄ianis erat pro eo noīe gla/dio percuti. Verum hoſtis callidus tarda ad mortē ſupplitia cōquirrens aīas quere bat iugulare. nō corpora. Et vt ipe q ab eo paſſus ē Cyprianus ait: volentib⁹ mori: nō permittebatur occidi. Cui⁹ vt crudelitas notioꝛ fiat: duo memorie cauſa exempla ſubijcimus Perſeuerantē ĩ fide martyrē: ⁊ iter eculeū flāmaſq3 victorem iuſſit mel le pūgi ⁊ ſub ardētiſſimo ſole: ligatis poſt tergū manibus reponi: ſcz vt muſcarū acu leis cederet: qui ignitas ſartagies āte ſupe raſſet. Aliuz iuuēili etate florentē ĩ ameniſ ſimos hortulos ꝑcepit adduci. ibiq3 iter cā dētia lilia. ⁊ rubētes roſas cū leni murmu re iuxta ſerpet riuulus: ⁊ molli ſibilo arbo rū folia vēt⁹ ſtrigeret. ſuꝑ ſtratū plumis le ctulū reſupinari iuſſit. ⁊ ne ſe ide poſſet ex cutere blādis ſertoꝝ nexib⁹ irretitū relin/qui. Quo cū recedētib⁹ cunctis meretrix ſpecioſa veniſſet: cepit delicatis ſtringere colla ꝯplexib⁹: ⁊ qđ dicto quoq3 ſcelus ē. manib⁹ attrectare virilia. vt corꝑe ĩ libidi nē ꝯcitato ſe victrix ĩpudica ſuperiaceret Quid ageret miles chriſti aut q̊ ſe ꝯferret: neſciebat. Quē tormēta nō vicerāt: ne ſu/ꝑaret abhominata voluptas. Tādē celit⁹ iſpirat⁹. ꝑciſaz morditus linguā ĩ oſculātis ſe faciē expuit: ac ſic libidinis ſenſuz ſucci dens. doloris magnitudo ꝑripuit. Per idē ergo tēp⁹ q̊ talia gerebant̃. apud ĩferio rē thebaidā cū ſorore iā viro tradita: poſt mortē amboꝝ parētū. ĩ hereditate locuple ti: paulus relict⁹ ē ānorū circiter ſedeci. lit teris tā grecis q̄ egyptiacis apprime eru dit⁹: māſueti animi. deū valde amās. Sed dū ꝑſecutiōis detonaret ꝓcella: ĩ villā re/motiorē ⁊ ſecretiorē receſſit. Veꝝ. qd pec/tora humana nō cogis auri ſacra fames? Sororis marit⁹ cepit ꝓdere velle quē ce/lare debuerat. Nō illū vt aſſolet vxoris la chrime. nō ꝯmunio ſanguinis. nō ſpectans cūcta ex alto de⁹ a ſcelere ſuo reuocat. Ad erat. iſtabat. crudelitate q̄ſi pietate vteba tur. Qđ vbi prudētiſſim⁹ adoleſcēs ĩtelle xit. ad mōtiū ſecreta ꝯfugiēs. dū ꝑſecutio/nis finē p̄ſtolaret̃: neceſſitatē ĩ volūtatem vertit. ac ſic paulatī ꝓgrediēs. rurſumq3 tātūdē ſubſiſtēs. atq3 idē ſepius faciēs: re/perit ſaxoſuz mōtē: ad cuius radices haud grādis ſpelūca lapide claudebat̃. Quo re moto: vt ē cupiditas hominū auidi⁹ occul/ta cognoſcere: animaduertit ĩtus nō grāde veſtibulū. Qđ aꝑto deſuper celo. patulis diffuſa ramis. vet⁹ palma ꝯtexerat. fontē lucidiſſimū oſtendens. tm̄ modo foras ca/dem ꝯtinuo que genuerat terra ſorbebat Erant preterea ꝑ extenſū montē nō pau/ca habitacula: in quib⁹ ſcabre iam ĩcudes ⁊ malei qbus pecunia furtiua ſignabatur videbātur. Hunc locū egiptioꝝ littere fe runt furtiuā mōete officinā fuiſſe: ea tēpe ſtate qua cleopatre iunctus Antonius eſt Igitur adamato ⁊ quaſi a deo ſibi oblato habitaculo. omnē ibidē ĩ orationib⁹ ⁊ ſoli tudine duxit etatem: cibum ⁊ veſtimen/tum palma prebebat. Quod ne cui im/poſſibile videatur: ieſum teſtor ⁊ ſanctos angelos eius. in ea parte heremi. que

iuxta ſyriam ſarracenis iūgitur: ⁊ vidiſſe
me monachos ⁊ videre: e quibus vnus tri
ginta iam per annos clauſus. ordeaceū pa
nem manducabat ⁊ lutulentā aquā bibe/
bat: Alter in cyſterna veteri quā gētili ſer
mone ſyri gubra: alias gippū vocāt: quin/
qz caricis per ſingulos dies ſuſtētabatur
Hec icredibilia vidētur his: qui nō credi/
derint omnia poſſibilia eſſe credentibus:
Sed vt ad id redeā vnde digreſſus ſum:
cum iam cēteſimo tertiodecimo etatis ſue
anno. beatus Paulus celeſtē vitā in ter/
ris ageret: ⁊ nonagenarius ī alia ſolitudi/
ne moraretur Antonius: vt ipſe aſſerere
ſolebat: hec ī mentē eius cogitatio icidit:
nullū vltra ſe meliorē monachorū in here/
mo cōſediſſe: Atqz illi per noctē quieſcen
ti reuelatū eſt: eſſe aliū interius multo ſe
meliorē: ad quē videndū deberet propera
re. Illico erūpēte luce: venerabilis ſenex
īfirmos artus bacculo regente ſuſtentans
cepit ire velle quo neſciebat. Et iam me/
dia dies coquente deſuper ſole feruebat:
nec tamen a cepto itinere deducebatur
dicens. Credo in deum meum: q ſeruum
ſuū quē mihi promiſit: oſtēdet. Nec plura
his iterea cōſpicatur hominē equo mixtū
cui opinio poetarū cētauri vocabulū indi/
dit. Quo viſo: ſalutaris ipreſſione ſigni ar
mat frontē. Et heus tyro iquit: qua naz in
parte dei ſeruus hic habitat? At ille barba
rū neſcio quid ifrendens: ⁊ frangēs potius
verba ꝙ proloquens inter horrētia ora ſa
tis blandū queſiuit alloquiū ⁊ cū dextre
manus protenſione cupitū indicat iter: ac
ſic per patentes cāpos volitando tranſmit
tens ſe in fugā ex oculis mirantis euanuit
Uerū hoc vtrū diabolus ad terrendū eū
ſimulauerit. an: vt ſolet heremus: monſtru
oſorū ferarū animaliū: iſtā quoqz gignat
beſtiā incertū habemus. Stupens itaqz
Antonius ⁊ de eo quod viderat ſecū vol/
uens. vlterius progrediebatur. Nec mo/
ra: inter ſaxoſam cōuallē haud grandē ho/
munculū videt: aduncis naribus: fronte
cornibus aſperata: cuius extrema pars co
poris: in caprarū pedes deſinebat. Ad hoc

ſpectaculū Antonius: ſcutū fidei ⁊ loricam
ſpei bonus preliator arripuit: nihilominus
memoratū animal palmarū fructus cidez
ad viaticū quaſi pacis obſides offerebat.
Quo cognito: gradū preſſit Antonius: ⁊
quis naz eſſet iterrogans hoc ab eo reſpō
ſum accepit. Mortalis ego ſum ⁊ vnus ex
accolis heremi: quos vario deluſa errore
gentilitas faunos ⁊ ſatyros ⁊ incubos co/
lit legatōe fungor gregis mei: Precamur
vt pro nobis cōmunē dominū deprecceris
quē pro ſalute mundi oliz veniſſe cognoui
mus: nā in vniuerſam terraz exiuit ſonus
eius. Talia eo loquēte: longeuus viator
vbertim lacrimis faciē rigabat: quas ma/
gnitudo leticie indices cordis effuderat:
Gaudebat quippe de chriſti gloria ⁊ de
interitu ſathane: ſimulque ammirans
quod eius poſſet intelligere ſermonem: ⁊
bacculo humuz percutiens: aiebat. Ueh ti
bi alexandria: que pro deo portenta ve/
neraris: veh tibi ciuitas meretrix: in quaz
totius orbis demonia confluxere. Quid
nūc dictura es? Beſtie xp̄z loquūtur: ⁊ tu
pro deo portēta veneraris. Nec duz. ver
ba compleuerat: ⁊ quaſi pennigero vola/
tu petulcū animal aufugit: Hoc ne cui ad
incredulitatem ſcrupulū moueat: ſub re/
ge Conſtantio vniuerſo mundo teſte de/
fenditur. Nam ad alexādriā iſtiuſmodi hō
viuus perductus magnū populo ſpectacu
lum prebuit: ⁊ poſtea ne cadauer exanime
calore eſtatis diſſiparetur. ſale infuſum
ad Antiochiam vt ab imperatore videre
tur allatum eſt. Sed vt propoſitum p/
ſequar Antonius cepta regiōe pergēbat:
ferarum tātum veſtigia intuēs ⁊ heremi
latam vaſtitatem: quid ageret. quo verte
ret gradum neſciebat. Iam altera fluxe/
rat dies reſtabat vnū: vt ꝺſeri ſe a xp̄o nō
poſſe ꝯſideret. Perſeuerās ſecūdas i ora/
tiōib⁹ exigit tenebras. ⁊ ſub dubia adhuc
luce. nō lōge ītueꝰ lupā ſitis ardorib⁹ an/
helātē: ad radices mōtis irrepe. Quā ſecu
t⁹ ē occulis ⁊ iuxta ſpeluncā cū fera abiſ/
ſet accedens: cepit introſpicere nihil curi/
oſitate proficiente tenebris. arentibus



viſuz. Ueruz: vt ſcriptura ait: perfecta di
lectio foras mittit timorē: ſuſpenſo gradu
⁊ anhelitu tēperato: callidus explorator
ingreſſus eſt: ac paulatiz pgrediens ſepi/
uſqz ſubſiſtens. ſonū aure captabat. Tan/
dez p cece noctis horrorez procul lumē in
tuitus. dū auidius properat: offenſo pede
lapidez in ſtrepitū concitabat. Poſt cuius
ſonitū beatus Paulus hoſtiuz quod pate
bat claudens: ſera obfirmauit. Tunc vero
Antonius pre foribus corruens: vſqz ad
ſextaz ⁊ eo amplius horaz adituz precaba
tur: dicens. Quis ſim. vnde ⁊ cur veneriz
noſti. Scio me nō mereri conſpectū tuuz:
tamen niſi videro: nō recedā. Qui beſtias
ſuſcipis: hominē cur repellis? Queſiui ⁊ i/
ueni. Pulſo vt aperiatur mihi. Qđ ſi nō i/
petro. hic moriar ante poſtes tuos. certe ſe
pelies vel cadauer meū. Talia perſtabat
memorās: fixuſqz manebat. Ad quē reſpō
ſum Paulus ita reddidit. Heros. Nemo
ſic petit vt minetur. Nemo cum lachrimis
calumniam facit: ⁊ miraris ſi non recipiaz
te. cum moriturus adueneris. Sic arridēſ
patefecit ingreſſum. Quo aperto. dum in
mutuos miſcerētur amplexus: propriis ſe
ſalutare ceperunt nominibus. gratie do/
mino in cōmune ab eis referūtur. Et poſt
ſanctum oſculum: reſidens Paulus cum
Antonio. ita exorſus eſt. En quem tāto la
bore queſiſti: putribus ſenectute membris
operit inculta canicies. En vides hominē
in puluerem mox futurum. Uerum quia
caritas omnia ſuſtinet: narra mihi queſo
quomodo ſeſe hominum genus habeat. an
in antiquis vrbib⁹ noua tecta conſurgant
quo mūdus regatur imperio. an ſuperſint
aliqui qui demonum errore decipiuntur.
Inter has ſermocinationes ſuſpiciunt ali/
tem coruum in ramo arboris conſediſſe.
Qui inde leniter ſubuolās: integrum pa/
nem ante mirantiuz ora depoſuit. Poſt cu
ius abſceſſum eya inquit Paulus. domi/
nus nobis prandium miſit. Uere pius ve/
re miſericors. Sexaginta iam anni ſunt q
dimidii ſemper panis fragmenta accepi:
verum ad aduentum tuum militibus ſuis

chriſt⁹ duplicauit annonam. Igitur in de/
um gratiarum actione celebrata: ſuper
nitrei fontis marginem vterque conſedit.
Hinc vero quis frangeret panem horta
contentio: pene diem duxit in veſperum.
Paulus more cogebat hoſpitii. Antonius
iure refellebat etatis. Tandem conſilii fu
it vt apprehenſo e regione pane: duz ad ſe
quiſque nititur: pars ſua remanſit in mani
bus. Dehinc paululum aque proni in fon/
te ore libarunt: ⁊ immolantes deo ſacrifici
um laudis: noctem tranſegere vigiliis. Cū
que iam eſſet terris redditus dies: beatus
Paulus ad Antoniuz ſic locutus eſt. Olī
te frater in iſtis regionibus habitare ſcie
bam: olim conſeruum meum mihi promiſe
rat dominus. Sed quia iam dormitionis
tempus aduenit. ⁊ quod ſemper cupieram
diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto: peracto curſu. ſu
pereſt mihi corona iuſtitie. tu miſſus a do/
mino es. qui humo corpuſculum tegas: im
mo terraz terre reddas. His Antonius au
ditis: flens ⁊ gemens ne ſe dereſeret. atqz
vt comitez talis itineris acciperet: preca/
batur. Et ille. Non debes inquit querere
que tua ſunt: ſed que aliena. Expedit qui/
dem tibi ſarcina carnis abiecta agnum ſe/
qui: ſed ⁊ ceteris expedit fratribus. vt tuo
adhuc inſtituantur exemplo. Quorbem p/
ge queſo. niſi moleſtum eſt: ⁊ palliū quod
tibi Athanaſius epiſcopus dedit. ad obuol
uendum corpuſculum meum defer huc.
Hoc autem beatus Paulus rogauit. non
q magnopere curaret. vtrum tectum pu/
treſceret cadauer an nuduz: quippe qui tā
ti temporis ſpatio contextis palmarum fo
liis veſtiebatur: ſed vt a ſe recedenti: me/
ror ſue mortis alleuiaretur. Stupefa/
ctus Antonius qđ de athanaſio ⁊ de pal/
lio eius audierat. quaſi chriſtum in Paulo
videns. ⁊ in pectore eius duz venerans vl
tra reſpondere nihil auſus eſt: ſed cum ſi/
lentio lachrimans. exoſculatis eius oculis
manibuſque. ad monaſteriuz quod poſtea
a ſarracenis occupatum eſt: regrediebā/
tur. Neque vero greſſus ſequebantur ani
mum: ſed cum corpus inane ieiuniis ſeni/

les etiam animi frangerent animo vince/
bat etatem. Tandem defatigatus ꝛ anhe
lans ad habitaculum ſuum: confecto itine
re peruenit. Cui cū duo diſcipuli qui ei iã
longeuo miniſtrare ceperant occurriſſẽt:
dicentes. Ubi tam diu moratus es pater?
reſpondit. Ueh mihi peccatori: qui falſuꝫ
monachi nomen fero. Uidi helyam ꝛ Jo/
annẽ in deſerto: ꝛ vere in paradiſo Pau
lum vidi. Ac ſic ore compreſſo. ꝛ manu ver
berans pectus: a cellula pallium protulit.
Rogantibuſqꝫ diſcipulis vt plenius quid
nam eſſet rei exponeret: ait. Tempus lo/
quendi ꝛ tempus tacendi. Tunc egreſſus
foras. ꝛ nec modicum quidẽ cibi ſumens:
per viam qua venerat: regrediebatur. Il/
lum ſciens illum videre deſiderans illum
oculis ac mẽte complectens. timebat enĩ
quod euenit: ne ſe abſente debitum xp̄o
ſpiritum redderet. Cũqꝫ iam dies illuxiſ
ſet alia. ꝛ trium horarum ſpatio iter rema/
neret: vidit inter angelorum cateruas: ꝛ ĩ
ter prophetarum ꝛ apoſtolorum choros:
niueo Paulum candore fulgentem in
ſublime cõſcẽdere. Et ſtatim in faciẽ pro/
cidens ſabulum capiti ſuo ſuperiacebat:
plorans atqꝫ eiulans. Cur me inquit Pau
le dimittis? Cur abis inſalutatus? Tam
tarde not⁹: tã cito recedis? Referebatqꝫ
poſtea beatus antonius tanta ſe velocita
te quod reliquum erat vie cucurriſſe: vt
ad inſtar auis peruolaret. Nec immerito
Nam introgreſſus ſpeluncam vidit genu
bus complicatis erecta ceruice. extẽſiſqꝫ
manibus in altum corpus exanime: ac pri
mum ꝛ ipſe viuere eũ credens pariter ora
bat. Poſtqꝫ vero nulla vt ſolebat ſuſpiria
precantis audiuit in flebile oſculuꝫ ruens:
intellexit ꝙ etiam cadauer ſancti viri deũ
cui omnia viuunt: officio geſtus ꝓcaretur
Igitur obuoluto ꝛ ꝓlato foras corpo/
re. pſalmis quoqꝫ ex xp̄iana traditione cã
tatis: cõtriſtabatur antonius ꝙ ſarculum
quo terram foderet nõ habebat. Fluctu
ans vario mentis eſtu ꝛ ſecum multa re/
plicans. ſi ad monaſterium reuertar. qua
driduí iter eſt: ſi hic maneã nihil vltra pro
ficiã. Moriar ergo vt dignũ ẽ: ꝛ iuxta bel/
latorẽ tuũ xp̄e ruẽs extremũ alitũ fundã:
Talia eo aĩo voluẽte. ecce leones duo ex
ĩterioris heremi parte cõcurrẽtes: volan/
tibus ꝑ colla iubis ferebanť. Quibus aſ/
pectis: primo exhorruit: rurſuſqꝫ ad deum
mẽtem referens: quaſi columbas videret
mãſit intrepidus. Et illi qdem directo cur
ſu ad cadauer beati ſenis ſubſtiterũt. adu
lãtibuſqꝫ caudis circa eius pedes accubu
ere. fremitu igẽti rugiẽtes. proſſus vt ĩtel
ligeret eos plangere quõ poterãt. Deinde
haud ꝓcul ceperũt humũ pedibus ſcabe/
re: harenãqꝫ certatiꝫ egerentes. vni⁹ ho/
minis capacẽ locũ effodere. ꝛ ſtatim quaſi
mercedẽ ꝓ ope poſtulaturi: cũ motu auri
uꝫ ceruice deiecta ad Antoniũ prexerũt.
man⁹ eius pedeſqꝫ lingẽtes. vt ille aĩad/
uerteret bñdictionẽ eos a ſe depcari. Nec
mora in laudatione xp̄i effuſus. ꝙ eũ mu
ta quoqꝫ animalia ſentirent: ait. Domine
ſine cuius nutu nec foliuꝫ arboris defluit
nec vnus paſſer ad terrã cadit: da illis ſi/
cut tu ſcis. Et manu annuẽs vt abirẽt: im/
pauit. Cumqꝫ illi receſſiſſent ſancti corpo
ris oneri ſeniles curuauit humeros: ꝛ de/
poſito eo in foſſã: deſuꝑ humũ ꝯgregans
tumulum ex more cõpoſuit. Poſtqꝫ autẽ
dies illuxerat alia: ne qd pius heres ex in/
teſtatis bonis nõ poſſideret: tunicã ei⁹ ſibi
vendicauit. quã ĩ ſportaꝝ modũ de palme
foliis ſibi ip̄e ꝯtexuerat. Ac ſic ad mõaſte
rium reuerſus diſcipulis ex ordine cuncta
replicauit: diebuſqꝫ ſolennibus paſce vel
penthecoſtes ſemꝑ Pauli tunica veſtit⁹ ẽ
Libet ĩ fine opuſculi interrogare eos
q patrimonia ſua ignorant: q domos mar
moribus veſtiunt: qui vno lino villarum
inſuunt predia huic ſeni nudo quid vnqꝫ
defuerit. Uos ex gemma bibitis ille vero
cauis manibus ſatiſfecit nature. Uos in
tunicis aurum texitis: ille nec viliſſimi q
dem veſtri mãcipii indumentum habuit
Sed econtrario illi pauperculo paradiſus
patet. vos auratos gehenna ſuſcipiet.
Ille chriſti veſtem licet nudus ſeruauit:
vos veſtiti ſericis. indumentum xp̄i perdi



diſtis. Paulus viliſſimo opertus puluere
iacet reſurrecturus ĩ gloriam: vos opero
ſis ſaxis ſepulchra premũt. cũ veſtris opi/
bus fortaſſis arſuros. Parcite queſo vos
ꝑcite ſaltẽ diuitiis quas amatis. Cur mor
tuos veſtros auratis obuoluitis veſtib⁹?
Cur ambitio iter luctus lachrimaſqꝫ non
ceſſat? An cadauera diuituꝫ. niſi in ſerico
putreſcere neſciunt? Obſecro qcunqꝫ hec
legeris: vt hieronimi peccatoris memine
ris: cui ſi dñs optionẽ daret: multomagis
eligeret tunicã Pauli cum meritis eius.
qꝫ regum purpuras cum regnis ſuis.
Finit vita beati Pauli primi heremite.
Incipit ꝓlogus Euagrii preſ byteri ad
Innocẽtiũ ep̄m ĩ vitã btĩ antonij abbatis

## Reſbyter Euagri⁹

innocentio cariſſimo filio in dño
ſalutem. Ex alia in aliã linguã ad verbũ
expreſſa tranſlatio ſenſus operit: ꝛ veluti
letum gramen ſata ſtrãgulat. Dũ eiꝫ caſi/
bus ꝛ figuris ſeruit oratio. qđ breui pote
rat indicari ſermone: lõgo ãbitu circũacta
vix explicat. Hoc igitur ego vitãs vitã be
ati Antonii te petẽte trãſpoſui: ita vt nihil
deſit ex ſẽſu cũ aliqd deſit ex verbis. Alii
ſyllabas aucupenť ꝛ lr̃as: tu q̃re ſẽtẽtiam
Incipit prefatio Athanaſii epiſcopi in
vitaꝫ ſancti Antonii monachi.

## Thanaſius epiſco

p⁹ ad ꝑegrinos monachos. Opti
muꝫ fratres iniiſtis certamẽ. aut eq̃ri egy
ptiis monachis. aut ſuperare nitẽtes vir/
tutis inſtantia. Et enĩ apud vos iam pluri/
ma ſunt monaſteria. monachoꝝ quoqꝫ no
men ẽ celebre: ꝛ hãc voluntatẽ noſtrã iuſte
qſqꝫ mirabiť. oratibuſqꝫ nobis optatũ de⁹
tribuet effectũ. Qm̃ igr̃ exegiſtis a me. vt
vobis ſcriberẽ de ꝯuerſatiõe btĩ Antonii.
volẽtibus diſcere queadmodũ cepit: q ve
fuerit añ ſanctum ꝓpoſitũ: qualẽ etiã ha/
buerit terminũ vite. ꝛ ſi vera ſunt ea: que
de ipſo fama diſperſit. ut ad eius emulatio
nem atqꝫ exemplũ vos inſtituere poſſitis
magna cũ letitia ſuſcepi veſtre caritatis
impiũ. Et mihi eniꝫ ingens lucrũ eſt atqꝫ
vtilitas. hoc ip̄ꝫ quod recordor Antonii:
ꝛ vos cũ ãmiratione audiẽtes ſcio eius ꝓ
poſitũ cuꝑe ſectari. perfecta ẽ ſiqdẽ ad vir
tutẽ via: antoniũ ſcire qs fuerit. Ergo vt
breuiť dicã. ex omnibus qui de eo referẽ
tuꝫ ſermo iactauit: credite. ꝛ minima vos
exiſtimate audiſſe de maximis: qꝛ ñ ambi
go nec eos om̃ia potuiſſe cognoſcere: cũ ꝛ
ego rogatus a vobis quãtacũqꝫ ꝑ ep̄lam
ſignificauero. nõ equalia ſim eius meritis
narraturus. Sed ꝛ vos oẽs hinc nauigã/
tes ſtudioſe ꝑcũctamini q̊ ſingulis que no
runt referẽtibus: cõgrua dignaqꝫ tanti
nominis relatio cõpleatur: diſponebã ita
qꝫ p⁹ lectionẽ litteraꝝ veſtraꝝ aliquos
ad me monachos ĩuitare. ꝛ maxime eos q
crebro ad eũ ire cõſueuerant: vt plenius
aliquid addiſcens: munera vobis maiora
trãſmitterẽ. Sꝫ qm̃ ꝛ nauigationis tp̄a la
bebanť ꝛ litteraꝝ portitor vehemẽtiſſime
feſtinabat: ideo ea q̃ ꝛ ipſe nouerã: frequẽ
ter enĩ eũ viſitaui: ꝛ q̊ ab eo didici qui ad
prebendã ei aquã nõ paululũ tp̄iſ cũ eo fe
cit: dilectiõi veſtre ĩdicare ꝓperaui. vtro
bique curã veritatis habẽs. vt neqꝫ plus
aliquis audiẽs miraculoꝝ cõgeſtionẽ nõ
credat: nec rurſus meritis eius inferiora
cognoſcẽs. nõ putet dignũ eſſe miraculo
ꝓ tanti nõis viro. Explicit prologus.
Incipit vita ſãcti ãtonii abbatis ab atha
naſio epiſcopo alexandrino cõſcripta. Et
ab Euagrio p̄ſbytero e greco ĩ latinũ trãſ
lata atqꝫ a btõ Hieronymo huic libro ĩſta

## Gitur Antoni⁹ no

bilib⁹ religioſiſqꝫ parẽtib⁹ nat⁹ in
egyp̄to oriũdus fuit: tãta ſuoꝝ ꝛ ſua nutri/
t⁹ cura: vt nihil aliud p̄ter pẽtes domũqꝫ
cognoſceret. Et cũ iã puer eẽt nõ ſe litte/
ris erudiri: nõ ieptis ĩfatiũ iũgi paſſus ẽ fa
bulis: ſꝫ dĩ d̃ſiderio flagrãs ꝑꝫ qđ ſcriptũ ẽ
ĩnocẽter hĩtabat domi. Ad eccľiã q̊qꝫ cũ
parẽtib⁹ ſepe ꝯueniẽs: nec ĩfatũ laſciuias:
nec pueroꝝ negligẽtiã ſectabať: ſꝫ tm̃ ea q̃
legebãť auſcultãs: vtilitatẽ p̄ceptoꝝ vite
ĩſtitutõe ſuabat: ñ ſuis: vt ſolet illa etas ĩ/

curioſus ꝑ variis ⁊ delicatis cibis vnq̃ te
dio fuit: non eſce mollioris blandimenta
ſectatus eſt: his ſolum que dabantur con/
tentus: nihil amplius requiſiuit ¶ Poſt
mortem autem parentū annorum circiter
decem ⁊ octo ſeu viginti cū ſorore admo/
duꝫ paruula derelictus eſt: ⁊ domus ⁊ ſo/
roris honeſtam curam gerebat. Nec duꝫ
vero ſex fluxerant menſes. quibus ad ec/
cleſiam: vt ſolebat accurrens: recordaba
tur quomodo ⁊ apoſtoli omnibus ſpretis
ſecuti fuiſſent ſaluatorem: ⁊ multi: vt legi
tur in actibus apoſtolorum: facultatibus
ſuis venditis. precia ad pedes eorum de/
tuliſſent egentibus partiēda que ve aut
quanta ſpes iſdem repoſita eſſet in celis
Talia ſecum voluens intrauit eccleſiam:
⁊ accidit vt tunc euangelium legeretur: ī
quo dominus dicit ad diuitē. Si vis ꝑfe/
ctus eſſe vade vende omnia tua quecūqꝫ
habes: ⁊ da pauperibus ⁊ veni ⁊ ſequere
me: ⁊ habebis theſauruꝫ in celo. Quo au/
dito. quaſi diuinitus huiuſmodi ante me/
moriam concepiſſet: ⁊ veluti ꝓpter ſe hec
eſſet ſcriptura recitata: ad ſe dominicum
traxit imperium. ſtatimqꝫ egreſſus poſſeſ
ſionem quam habebat dimiſit. ¶ Rure au
tem erant trecente iugeres ⁊ valde opti/
mi quos vicinis largitus eſt: ne in aliquo
aut ſibi aut ſorori moleſtia gigneretur. Ce
tera vero que in mobilibus poſſidebat.
vniuerſa vendidit. ⁊ aggregato non exi/
guo precio indigentibus dedit. paruis ob
ſororem reſeruatis: que ⁊ ſexu ⁊ etate vi/
debatur infirmior. ¶ Rurſus autem ec/
cleſiam ingreſſus. cum audiſſet dominuꝫ
in euangelio dicentem. nolite cogitare d̄
craſtino. relictā quoqꝫ portioneꝫ paupib⁹
diſtribuit: neqꝫ ſe verſari paſſus eſt domi:
ſed ſorore fidelibus ac notis virginibus
commendata vt ad earum nutriretur ex/
emplum: ipſe iam omnibus ſeculi vincu/
lis liber: aſperum atque arduum arripuit
inſtitutum. Nec dum autem tam cre/
bra erant in egypto monaſteria: neque
omnino quiſq̃ꝫ auiam ſolitudinem no/
uerat et quicunque in chriſti ſeruitute
ſibiumetipſi prodeſſe cupiebat: non lon/
ge a ſua villula ſeparatus inſtituebatur.

Erat igitur in agello vicino ſenex quidā
vitam ſolitariam a prima ſectatus etate:
hunc Antonius cum vidiſſet: emulatus
eſt ad bonum. Et primo quidem incipiēs
etiam ipſe in locis paululum a villa remo
tioribus manebat: ex inde autem ſi quem
vigilātē ī hoc ſtudio compererat: ꝓcedēs
querebat vt apis prudentiſſima. nec ad
habitaculū ſuū ante remeabat. niſi eius
quem cupiebat: frueretur aſpectibus. ⁊ ſic
tanq̃ꝫ munere mellis accepto. abibat ad
ſua tali ibidē īſtitutus exordio. Cumqꝫ per
dies ſingulos ita animum roboraret: vt
nec opū paternaꝝ. nec ſuoꝝ meminiſſet
affinium: oē etiā deſideriuꝫ ⁊ ſollicitudinē
erga id qđ ceperat: exerceret. oꝑabatur
manibus ſuis ſciens ſcriptū eſſe. q nō oꝑa
tur non manducet. Mercedē ſane ope/
ris ſui precio panis excepto: egentibus
largiebatur. Orabat frequenter: quip/
pe qui didicerat ꝙ oporteret ſine inter/
miſſione dominum rogare. Auditioni
etiam ſcripturarum ita ſtudium cōmenda
bat: ut nihil ex eius animo laberetur: ſed
vniuerſa domini precepta cuſtodiens me
moriam pro libris haberet. Sic ſuam vi/
tam inſtituens: ab vniuerſis fratribus pu
ro diligebatur affectu. ⁊ omnib⁹ ad quos
ſpiritali ſtudio diſcendi pergebat: obediēs
proprias ſingulorum gratias hauriebat.
huius continentiam. iocunditatem illius
ſectabatur. iſtius lenitatem. illius uigilias
alterius legendi emulabatur induſtriam
Iſtum ieiunanteꝫ: illum humi quieſcentē
mirabatur. Alterius patientiam: alterius
manſuetudinem predicabat. Omnium
quoque uicariā erga ſe retinens caritatē
atqꝫ vniuerſis virtutuꝫ partibus irrigat⁹
ad ſedē propriā regrediebatur. Ibi ſecum
vniuerſa pertractans: omniū in ſe bona ni
tebatur exprimere. Neque vō aduerſum
coeuos aliquando mouebatur: ſed ea tm̄
flāma egregio viro creſcebat in pectore.
ne ſecundus cuiq̃ꝫ in predictis operibus
inueniretur. Et hoc ita faciebat. ut cum



omnes gloria anteiret omnibus tamē ca/
rus eſſet. Nā ⁊ vicini monachi ad quos ſe/
pe veniebat. Antoniū videntes deicolam
nuncupabant: īdulciſq̃ꝫ nature vocabulis
quidā vt filiū: aliū vt fratrem diligebant.

Dū hec gereret Antonius: quibus oīuꝫ
in ſe prouocaret affectū: inimicus nominis
xp̄iani diabolus: īpacienter ferens tātas
ī adoleſcēte virtutes: veteranis cū aggreſ
ſus eſt fraudibus: ⁊ primo quidē tēptans:
ſi quo modo poſſet ab arrepto eū inſtituto
detrahere Immittebat ei memoriā poſſeſ
ſionū: ſororis defenſionē: generis nobilita/
tem: amorē reꝝ: fluxā ſeculi gloriā: eſce va
riaꝫ delectationē: ⁊ reliqua vite remiſſio/
ris blandimenta: poſtremo virtutis arduū
finē: ⁊ maximū perueniēdi laborē: necnon
corporis fragilitatem: ſuggerebat ⁊ etatis
ſpatia prolixa: prorſus maximā ei cogita/
tionū caliginē ſuſcitabat: volēs eū a recto
Iuxta conſuetudinē ad viſēdos fratres:
qui in exteriori monte erant : venit: ibiqꝫ
a diuina ꝓuidētia de ſua morte coudiſcēs
ita exorſus eſt: dicens. Ultimā filioli pr̄is
audite ſētentiā:non eniꝫ arbitror ꝙ in hoc
ſeculo iterū vos viſuri ſimus. Cogit condi
tio nature : vt poſt centenariū numerum
quē annis quinqꝫ ſupergredior:iam reſol
uar. Ita locutus audiētiū pectora contri/
ſtauit:gemitus lachrymeqꝫ:dicta merētia
cōſecute ſūt. Amplexabanꝛ̄ eū vniuerſi:
quaſi iā de ſeculo receſſurū. At ille tanqꝫ
aliena deſerēs ad ꝓpriā patriā profectur⁹
magna cum leticia ꝑcipiebat: deſidiam ī/
ſtituto nō debere ſurripere:ſed tāqꝫ quot/
tidie morituros: vt ante predixerat:a ſor/
didis cogitationibus animam cuſtodire:⁊
omneꝫ emulationē ad ſanctos q̊ſqꝫ cōuer
tere: ad melecianos ꝟo ſciſmaticoſqꝫ : ne
ꝓpe q̄dē accedere. Scitis enī:aiebat:eoꝝ
antiquaꝫ peruerſitatem.neqꝫ cū arrianis
cōmunioni iungamini:q2 impietas coꝝ iā
oīb⁹ manifeſta ē. His etiā illud addebat:
nullū debere xp̄ianū:cū ſeculi viderit po
teſtates: ꝓ arrianoꝝ ⁊ melecianoꝝ pugna
re nequitia:a xp̄i territū diſcedere verita
te:mortaliū illā eē deceſſionē:nec diu fal/
lacē ꝑmāere poſſe fātaſiā. Quaꝓpꝑ aie/
bat cuſtodiēda ē pia fides ī xp̄o:⁊ patrum
religioſa traditio:quā ex ſcripturaꝝ lectio
ne:⁊ crebro mee paruitatis didiciſtis ad/
monitu. Finito ſmone fr̄es eū vehemen/
tiſſime retardabant:glorioſo pr̄is cupien/
tes termino decorari. Sꝫ multas ob cau/
ſas quas ⁊ ſilētio demōſtrabat:precipue
tn̄ ob ꝑſumptā egypti cōſuetudinē:ꝯtradi
xit: Mos eteni egyptiis ē:nobiliū ⁊ pre/
cipue hōꝝ martyruꝫ corpora:linteamine
q̄dē obuoluere:⁊ ſtudiū funeri ſolitū non
negare:t̄ra ꝟo n̄ abſcōdere:ſed ſup lectu/
los domi poſita reſeruare. Hūc honorem
geſcentibus reddi:inueterate ꝯſuetudinis
vanitas tradidit. De hoc ātoni⁹ ſepe ⁊ epi
ſcopos dep̄cat⁹ ē: vt pp̄los eccl̄iaſtica cō/
teſtatiōe corrigerēt:⁊ laycos viros ac mu
lieres rigidi⁹ ipē ꝯuenit: dicēs:nec legiti/
mū hoc eſſe nec deo placitū:quippe cū pa
triarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ſepulchra: q̄ ad nos
vſqꝫ ꝑdurāt:hec ſcā ꝯuincerēt. Dominici
quoqꝫ corporis exēplū oportere intueri
iubebat:qđ ī ſepulchro poſitū lapide vſqꝫ
ad reſurrectiōis diē tertiū clauſum fuerit
atqꝫ his modis victū circa defūctos egy/
pti:etiā ſi ſcā eēnt corpora:coarguebat di
cens. Quid mai⁹ aut ſactius corpore pōt
eē dn̄ico? qđ iuxta ꝯſuetudinē gētiū cete
rarū:humo ꝯditū eē ſcim⁹. Hec iuſta ꝑſua
ſio multoꝝ īſitū euellit errorē:⁊ repoſitis
ī t̄ra cadaueribus:dn̄o grās ꝓ bono magi/
ſterio retulerūt. Metuēs ꝙ ꝯſuetudineꝫ
ſupradictā : ne eodē etiā circa ſe laberent
errore.celeriꝰ valedicēs mōachis q ꝯflu/
xerāt:ad amicū ꝟtutis habitaculuꝫ repe/
dauit. Poſt mēſes aūt paucos:cū nō me/
diocre incōmoduꝫ ſenilia mēbra turbaſ/
ſet: vocatis ad ſe duobus fratribus.quos
ibidem ante quindecim annos : modico

ſteruallo ſeiunctos inſtituerat: quiq; ei iã
ſeni ceperãt miſtrare: ait. Ego quidẽ filio
li ſcðm eloquia ſcripturaꝝ. patrũ gradior
viã: iam eni dñs me inuitat. iam cupio vi/
dere celeſtia. ſed vos o viſcera mea admo
neo: ne tanti tẽporis laborẽ repente per/
datis Hodie vos religioſum ſtudiũ arri/
puiſſe arbitramini: ꝛ cepte voluntatis for
titudo ſuccreſcet. Varias demonum no/
ſtis inſidias: vidiſtis eoꝝ ꝛ impetus fero/
ces ꝛ vires effeminatas. Jeſũ ſuſpirate:
ꝛ credulitatẽ nominis eius veſtris figite
mẽtibus: ꝛ a certa fide vniuerſi demones
fugabuntur. Memẽtote etiã admonitio
num meaꝝ: ꝛ incerte ꝯditionis vitã quot
tidie ancipitem ptractate: ꝛ celeſte vobis
premiũ. ſine cunctamine tribuetur. Sciſ/
maticoꝝ quoq; ꝛ hereticoꝝ venena vita
te: meũq; circa eos odiuz ſectamini: quia
chriſti ſũt inimici. Scitis ipſi. ꝙ nullus mi
hi nec pacificus qdẽ ſermo cũ eis aliquã/
do fuerit: ꝓpter prauã eoꝝ volũtatẽ ꝛ p
tinax ꝯtra chriſtũ bellũ. Jn hoc autẽ ma/
gis eſtote ſolliciti. vt dñi precepta ſueris
vt poſt mortem veſtrã ſancti quiq;. quaſi
amicos ꝛ notos in eterna vos recipiãt ta/
bernacula. Hec cogitate. hec ſapite. hec
retexite: ꝛ ſiqua mei vobis cura. ſiqua pa
tris memoria eſt: ſi mihi vicarium repẽ
datis affectum: nullus ad egyptum meas
perferat reliquias: ne vano corpus hono/
re ſeruetur: ne vituperati ritus a me vt no
ſtis etiam circa me ſeruentur obſequia.
Huius enim rei gratia: maxime huc ſum
regreſſus. Vos igitur humo tegite: vos
patris operite corpuſculum: ꝛ illud quoq;
ſenis veſtri cuſtodite mandatuz: vt nemo
preter veſtram dilectionem: locum tumu
li mei nouerit. Confido ĩ domino: quia ne
ceſſario reſurrectionis tempore: hoc cor/
puſculum reſiliet incorruptum. Veſtimen
torum autez meorum ſit iſta diuiſio. Me
lotem ꝛ palliuz trituz cui ſuperiacco: atha
naſio epiſpopo date: qð mihi nouum ipſe
detulerat. Serapion eps: alium accipiat
melotẽ: vos cilicinũ habetote veſtimẽtuz
ꝛ valete viſcera mea: Antonius enim mi
grat: ꝛ iã nõ erit in pñti ſeculo vobiſcum.
Verba finierat: ꝛ oſculãtibꝰ ſe diſcipulis:
extendens paululuz pedes: mortez letus
aſpexit: ita vt ex hillaritate vultus eiꝰ an
geloruz ſactoꝝ: que ad pferẽdaz animam
eiꝰ deſcẽderant: pſentia noſceretur. Hos
intuens tãq; amicos videret: animã exa/
lauit: ꝛ additus eſt pñibus ſecundum ordi
nez ſcripturarũ. Seruauerunt mandata
diſcipuli ĩuolutũ vt preceperat corpꝰ hu/
mo opientes: ꝛ nemo ĩterim vſq; ad hanc
diez preter eos vbi ſit ꝯditũ nouit. Lega/
tarius autez antonij benedictionẽ qui tri
tũ palliũ cũ melote imperio eius merue/
rat accipe: antoniũ in antonij muneribus
amplectitur: ꝛ tãq; magna hereditate dita
tus letanter p veſtimẽtũ recordatur ima
ginẽ ſanctitatis. Hic antonio vite termi/
nus fuit: iſta principia meritoꝝ. Que licet
parciori: vt predixi: ſermone narrauerim
tñ ex his poteſtis aduertere: qualiter ho/
mo dei a pueritia ad ſenectã vſq; peruene
rit: ꝛ quod omni ſemp dubitatione calca/
ta: nec languori nec longeue quicq; eta
ti aliquando conceſſerit. Magis autem
equalitatem propoſiti tenens: nec veſti/
mẽtum mutauit nec pedes lauit: nec eſcã
ſectatus ẽ moliorẽ: oculoꝝ quoq; aciem ꝛ
numerum dentium licet paululũ ob eta/
tẽ videret attriti: nec nõ ꝛ pedũ ĩceſſũ: to/
tiꝰ etiã corpis firmitatẽ ita ꝯtra iura natu
re meritoꝝ gr̃a cuſtodiuit: vt lautoꝝ cor/
poꝝ q̃ balneis atq; delitijs ꝯfouẽt: hilari/
or eiꝰ caro videret. Hoc etiã fres qð p oẽs
ꝓuincias amore eiꝰ famaq; volitauit: quez
nec libroꝝ diſſe miatoꝝ oro luculẽta: nec
mũdane ſapiẽtie diſputatio: nec nobilitas
gñris: nec opũ ĩfinita ꝯgeſtio ꝯmẽdauit.
cui oium ore eſt aſcribẽdũ niſi xpo: cuius
h donũ ẽ: q deuotos eiꝰ aios: erga ſuã pui
dens maieſtatẽ: hoiez alio pene orbe ce/
latũ: ꝛ int̃ tãtas poſitũ ſolitudines africe:
hiſpanie gallie: italie: illirico: ipi etiã q̃ vr/
biũ caput ẽ rome: vt ĩ exordio ꝓmiſerat:
demõſtrauit. Creatoris ẽ iſta benignitas:
qui famulos ſuos lz nolẽtes: nobilitare cõ
ſueuit: vt virtꝰ poſſibil' nec vltra hũanã



eſſe naturam: ſanctorum doceatur exem/
plis ꝛ ad beate vite imitationem: ex fru/
ctu laboris optimus quiſq; impellatur.
Hunc itaq; fratribus librum magnope/
re perlegere curate: vt agnita fideli vita
ſublimiuz monachorum: ſciant quod ſal/
uator noſter ieſus chriſtꝰ glorificantes ſe
glorificat: ꝛ ſeruientibus ſibimet. non tã/
tum regna celorum: ſed etiam hic in ipſis
montium ſecretis latere cupientibus: fa/
me tribuit nobilitatẽ: ſcilicet vt ꝛ ipſi fru/
antur laude meritorum: ꝛ ceteri eorum ꝓ
uocentur exemplis. Si autem neceſſari/
uz fuerit ꝛ gẽtibus legite: vt vel ſic agno
ſcant quia dominus noſter ieſus chriſtus
non ſolum eſt deus dei filius: ſed etiã his
qui euz ſollicite colunt ꝛ in eum fideliter
credunt. hanc dedit poteſtatem: vt de/
mões quos illi deos eſſe arbitrantur: cõ/
culcent atq; eijciant: deceptores ſcilicet
hominum: ꝛ totius corruptiõis artifices.
Finit vita bti Antonij. Prologꝰ ſci hie/
ronymi preſbyteri ĩ vitã beati hylarionis.

# A ſanctis orationi

bus tuis memẽto mei decꝰ ac di
gnitas ꝟginuz: nonna aſella. Scripturus
vitã beati hylarionis habitatorẽ eiꝰ ĩuoco
ſpũz ſcm̃: vt q illi ꝟtutes largitꝰ ẽ: mihi ad
enarrandas eas ſmonẽ tribuat vt facta
dictis exequantur. Huius nãq; conuer/
ſatio ꝛ abſtinentia: ac preclara dona mira
biliũ que opatus ẽ vt ait criſpus tanta ac
talia habentur: quantum vel ex ꝑuulis
verbis potero extollere cuiuſcunq; pre/
clara ingenia. Alexander magnus mace/
do quem vel parduz vel hircum caprarũ
daniel vocat: cum ad achillis tumulum
perueniſſet: felicem te ait inuenis q ma/
gno frueris precone meritorum: home/
rum videlicet ſignificans. Porro mihi
tanti ac talis viri conuerſatio: vitaq; dicẽ
da eſt. vt homerꝰ quoq; ſi adeſſet: vel ĩui/
deret materie: vel ſuccumberet. Quãq;
enim ſanctus Epiphanius ſalamine ꝛ cy/
pri epiſcopus qui cũ hylarione plurimum
cõuerſatus ẽ: laudẽ eiꝰ breui epiſtola ſcri/
pſerit: que vulgo legitur: defunctuz tamẽ
aliud eſt locis cõmunibus laudare: aliud
defuncti proprias narrare virtutes. Vñ
ꝛ nos fauore magis illiꝰ q̃ iniuria: ceptũ
ab eo opus aggrediẽtes: maledicoꝝ vo/
ces cõtemnimus q oliz detrahentes ſacto
paulo meo: nũc forſitan detrahent ꝛ hyla
rioni: illi ſolitudines calũniãtes: huic obij
ciẽtes frequẽtiã multoꝝ: vt qui ſemp la/
tuit ñ fuiſſe: q a multis viſus ẽ: villis exi/
ſtimet. Fecerũt hoc ꝛ maiores eoꝝ quon
dam pharifei: quibus nec Joãnis heremꝰ
atq; ieiuniũ: nec domini ſaluatoris turba
cibi potuſq; placuerũt. Verum deſtinato
iam operi imponaz manum ꝛ ſcilleos ca/
nes obturata aure tranſibo. Opto vt in
chriſto permaneas. Et memor in ora/
tionibus tuis ſisꝰ mei virgo ſacratiſſima.
Jncipit vita bti Hylarionis heremite.

# Jlarion ortus eſt

vico thabatha qui circiter qnq;
milia a gaza vrbe paleſtine ad auſtruz ſi/
tus eſt: cum parẽtes haberet ydolis dedi/
tos: ſicut roſa de ſpinis floruit. A quibus
miſſus alexandriã grãmatico traditus ẽ:
ibiq; quãtuz illa patiebatur etas: magna
ingenii ꝛ moꝝ documenta prebuit breui.
carus omnibꝰ ꝛ loquẽdi arte gnarus: qð/
q; his maius omnibꝰ ẽ xpo credẽs. Non
circi furoribus: non harene ſanguine: non
theatri luxuria delectabat: ſed illi tota vo
luntas in eccleſie cõgregatione erat: Au/
diens autem celebre tunc nomen antonii
quod per oẽs egypti populos ferebatur:
incenſus viſendi eũ ſtudio: ꝑrexit in here/
mum. Et ſtatiz vt eũ vidit: mutato priſti/
no habitu: duobꝰ ferme menſibꝰ iuxta eũ
manſit: cõtemplans ordinẽ vite eiꝰ. moꝝ/
q; grauitatẽ: q̃ creber ĩ orõne: q̃ humil'
ĩ ſuſcipiẽdis fribus: ſeuerꝰ ĩ corripiendis:
alacer ĩ exhortãdis eẽt: ꝛ vt ꝯtinẽtiã cibi
q; eiꝰ aſꝑitatẽ nulla vnq; ĩfirmitas frãge
ret. Porro frequẽtiã eoꝝ qui ad eũ ob va
rias paſſiones ꝛ impetus demonũ ꝯcurre
bant: vltra nõ ferẽs. nec ꝯgruũ eẽ dicens
pati in heremo populos ciuitatis ſicq; ſi/

bi magis incipiendū eſſe vt cepiſſet anto
nius:illū quaſi viruʒ foꝛteʒ: victoꝛie pre/
mia accipere:ſe nec dum militare cepiſſe:
reuerſus eſt cuʒ quibuſdaʒ monachis ad
patriam:⁊ parentibus iaʒ defunctis:par/
teʒ ſubſtantie fratribus partē pauperibꝰ
largitus eſt nihil ſibi omnino ſeruans:⁊ ti
mens illud de actibus apoſtoloꝝ ananie
⁊ ſaphire: vel exemplū vel ſuppliciuʒ ma
ximeqʒ dominice ſententie memoꝛ dicen
tis qui non renunciauerit omnibus que
poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus.
Erat autē tunc annoꝝ quindecim. Sic
nudus ⁊ armatus in chꝛiſto: ſolitudinem
que in ſeptimo miliario a maiū agaçe em/
poꝛio per littus euntibus egyptum:ad le/
uam flectitur:ingreſſus eſt. Cumqʒ eſſent
cruenta latrociniis loca:⁊ propinqui ami
ciqʒ eius īminens periculuʒ denunciarēt
contempſit moꝛtem vt moꝛteʒ euaderet.
Mirabantur omnes animuʒ:mirabātur
etatē niſi ꝙ flāma quedaʒ pectoꝛis ⁊ ſcin/
tille fidei in oculis relucebāt. Leues erāt
gene:delicatū coꝛpus ac tenue: ⁊ ad oēm
iniuriam impatiēs:quod leui vel eſtu vel
frigoꝛe poſſet affligi. Igitur ſacco tm̄ mē/
bꝛa coopertus:⁊ pelliciuʒ habens:⁊ empe
diten hoc eſt palliū:quod illi beatus anto/
nius pꝛoficiſcenti dederat: ſagumqʒ ru/
ſticuʒ inter mare ⁊ paludeʒ:vaſta ⁊ terri/
bili ſolitudine fruebatur:quindeciʒ tantū
caricas poſt ſolis occaſuʒ edens. Et quia
regio latrociniis infamis erat: nunꝙ in
eodeʒ loco quiſꝙ habitare conſueuerat.
Uidēs hoc diabolus:quid faceret quo ſe
verteret? toꝛquebaꝫ qui gloꝛiabatur an/
tea dicens. in celum aſcendam: ſuper ſi/
dera celi ponaʒ niduʒ meū ⁊ ero ſimilis al
tiſſimo:cernebat ſe vinci a puero: ⁊ pꝛius
ab eo fuiſſe calcatum:ꝙ per etateʒ pecca
re potuiſſet. Titillabat itaqʒ ſenſus eius.
⁊ pubeſcenti coꝛpori eius inſolita volu/
ptatuʒ icendia ſuggerebat. Cogebaꝫ eni
tyrunculus xp̄i cogitare qđ neſciebat: et
eius rei aīo cauſā uoluere: cuius expimē/
ta non nouerat. Iratus itaqʒ ſibi:⁊ pectꝰ
pugnis verberās quaſi cogitatiōes cede
manus poſſet excludere:ego te inqt aſelle
faciā vt nō calcitres:nec te oꝛdeo alā:ſed
paleis fameqʒ ꝯficiā:⁊ ſiti gūiqʒ onerabo
pondere. Per eſtꝰ indigabo ⁊ frigoꝛa: vt
cibū potiuſꝙ laſciuiā cogites. Herbaruʒ
ergo ſucco ⁊ paucis caricis pꝰ triduū vel
quatriduū deficiēteʒ animā ſuſtentabat
oꝛans frequenter ⁊ pſallēs:⁊ raſtro humū
fodiēs. vt ieiunioꝝ laboꝛē laboꝛ opis du/
plicaret:ſimulqʒ fiſcellaʒ hoc ē ſpoꝛtellaʒ
iunco texēs:emulabaꝫ monachoꝝ egypti
diſciplinaʒ:⁊ apl̄i ſentētiā dicētis. Qui au
teʒ nō operaꝫ nō manducet. Sic attenua
tus ⁊ ī tātuʒ exhauſtus coꝛpoꝛe: vt oſſibꝰ
vix hereret:quadā nocte infātiū cepit au
dire vagitus:balatus pecoꝛuʒ: mugitus
boum:plāctus quaſi mulierculaꝝ: leonū
rugitus:murmur exercitꝰ ⁊ pꝛſus variaꝝ
poꝛtēta vocum: vt ante ſonitu ꝙ aſpectu
territꝰ cederet. Intellexit hec eē demonū
ludibꝛia: ⁊ ꝓuolutꝰ genibꝰ:cruceʒ xp̄i ſi/
gnabat in fronte:taliqʒ armatus caſſide:
⁊ loꝛica fidei circūdatus:iacēs foꝛtiꝰ ꝓlia/
batur:quodāmō videre deſiderās quos
hoꝛrebat videre:⁊ ſollicitis oculis huc il/
lucqʒ circūſpiciēs:cū interī ex impꝛouiſo
ſplēdēte luna:cernit redaʒ feruentibꝰ equ
ſup ſe irruere. Cumqʒ īclamaſſet ieſuʒ:an
te oculos eiꝰ repētino terre hiatu:pompa
omnis illa abſoꝛta ē. Tūc ille ait. Equum
⁊ aſcēſoꝛeʒ ꝓiecit ī mare. Et hi ī curribus
⁊ hi ī equis:nos aūt ī noīe dn̄i dei nr̄i ma/
gnificabimur. Multe ſunt tētationes eiꝰ
⁊ die nocteqʒ varie demonū īſidie:quas
ſi oēs narrare veliʒ:modū excedā volumi
nis. Quotiēs illi nudas mlr̄eres cubāti ac
circūiacētes finxit:⁊ multotiēs eſurienti
largiſſime apparuere dapes. Interdū oꝛā
teʒ lupus vlulās:⁊ vulpecula gāniēs trāſi
liuit:pſallētiqʒ gladiatoꝝ pugna ſpectacu
lū ꝓbuit: vt vnꝰ q̄ſi īterfectꝰ ⁊ ante pedes
illiꝰ coꝛruēs ſepulturā rogaret. Oꝛabat ſe
mel fixo ī terram capite:⁊ vt natura fert
hoīuʒ:abducta ab oꝛone mēs neſcio quid
aliud cogitabat:īſiliuit doꝛſo eiꝰ feſtinus
agitatoꝛ:⁊ latera calcibus:ceruiceʒ flagel
lando verberans: eya inquit curre cur



doꝛmitas? Et cachinnās deſuper. ſi de/
feciſſet:an oꝛdeū vellet accipe ſciſcitabaꝫ
Igitur a ſextodecimo vſqʒ ad viceſimuʒ.
etatis ſue annum:eſtus ⁊ pluuias breui tu
guriunculo declinabat:qđ iunco ⁊ carice
texerat:extructa deinceps bꝛeui cellula:
que vſqʒ hodie ꝑmanet latitudine pedum
quattuoꝛ:altitudine vero pedū quinqʒ:h
eſt ſtatura ſua humilioꝛeʒ:poꝛro longitu/
dine pauloqʒ amplioꝛeʒ ꝙ eius coꝛpuſcu
luʒ patiebatur: vt ſepulchꝛū potius ꝙ do
mum crederes:Capilluʒ ſemel ī anno :pa
ſche die totōdit. Supra nudaʒ humū hoc
eſt terraʒ ſtratumqʒ iunceuʒ: vſqʒ ad moꝛ
tem cubabat. Saccum quo ſemel fuerat
indutus nunꝙ lauans:ſuperfluū dicens
mundicias in cilitio querere. Nec muta/
bat alterā tunicā:niſi cū pꝛioꝛ penitus ſciſ
ſa eſſet. Scripturas quoꝙ ſanctas memo
riter tenens:poſt oꝛationē pſalmos. quaſi
deo pꝛeſente recitabat. Et quia longū eſt
per diuerſa tēpoꝛa magnalia eiꝰ dicere cō
pꝛehendam bꝛeuiter ante lectoꝛis occu/
los vitā eius pariter exponēs:⁊ deinceps
ad narrādi oꝛdineʒ regrediar. A viceſimo
pꝛimo anno vſqʒ ad viceſimūſextū ꝑ tres
annos:dimidiū lētis ſextariū madefactū
aqua frigida comedit:⁊ aliis tribꝰ ānis pa
neʒ ariduʒ cuʒ ſale ⁊ aqua. Poꝛro a viceſ
ſimo ſeptimo anno vſqʒ ad triceſimū her/
bis agreſtibus:⁊ virgultoꝝ quoꝛūdaʒ ra/
dicibus crudis ſuſtētatus eſt. A triceſimo
autē pꝛimo vſqʒ ad triceſimuʒ quintū an/
nuʒ:ſex vncias oꝛdeacei panis: ⁊ coctum
modice olus abſqʒ oleo in cibo habuit.
Sentiēs aūt caligare oculos ſuos ⁊ totū
coꝛpus impetigineʒ ⁊ pumiceā quandaʒ
ſcabredineʒ contrahi:ad ſuperioꝛeʒ victū
adiecit oleum. ⁊ vſqʒ ad ſexageſimum ter/
tium vite ſue annuʒ. hoc continētie cucur
rit tenoꝛe:nihil extrinſecus. aut pomoꝛuʒ
aut leguminis:aut cuiuſlibet rei guſtans.
Inde cuʒ ſe videret coꝛpoꝛe defatigatuʒ.
⁊ pꝛopinquaʒ putaret imminere moꝛtem:
a ſexageſimo quarto ānō vſqʒ ad octoge/
ſimum pane abſtinuit:incredibili feruoꝛe
mentis: vt eo tēpoꝛe quaſi nouus accede/
ret ad ſeruitutem domini: quo ceteri ſolēt
remiſſiꝰ viuere. Fiebat aūt ei de farina ⁊
cōminuto olere ſoꝛbitiūcula: cibo ⁊ potu
vix quinqʒ vncias appendentibꝰ: Sicqʒ
cōplens oꝛdinē vite:nunꝙ ante ſolis oc/
caſuʒ:nec ī diebus feſtis:nec ī grauiſſima
valitudine ſoluit ieiuniuʒ. Sed iam tēpus
eſt vt ad oꝛdineʒ reuertamur. Cuʒ habita
ret adhuc in tuguriunculo:annos natꝰ de
ceʒ ⁊ octo:latrones ad eū nocte venerūt:
vel eſtimātes habere aliquid quod tolle
rent: vel in contēptum ſui reputantes fie
ri:ſi puer ſolitarius eoꝝ īpetus non ꝑtime
ſceret. Itaqʒ inter mare ⁊ paludē a veſpa.
vſqʒ ad ſolis oꝛtū diſcurrentes:nunꝙ lo/
cuʒ cubilis eius inuenire potuerūt. Poꝛ/
ro clara luce repto puero. quaſi per iocuʒ.
quid inquiūt faceres:ſi ad te latrones ve
nirent? Quibꝰ ille reſpondit. Nudus la/
trones non timeo. Et illi certe aiunt occi
di poteris. Poſſuʒ inquit poſſuʒ:⁊ ideo la
trones non timeo:quia moꝛi paratus ſuʒ.
Tunc āmirati conſtantiā eius ⁊ fidē:con/
feſſi ſūt noctis erroꝛeʒ. deinde vite polli/
centes coꝛreptionē. Uigintiduos iaʒ ī
ſolitudine habebat annos. fama tm̄ notus
oībus ⁊ ꝑ totas paleſtine vulgatꝰ vꝛbes.
Cū interī mulier quedā eleutropolitane
vrbis cernēs deſpectui ſe hr̄i a viro ob ſte
rilitatē:iā eniʒ per annos quindecim nul/
los ꝯiugij fructꝰ dederat:prima irrumpe
re auſa ē ad btm̄ hylarionem:⁊ nihil tale
ſuſpicāti:repēte genibꝰ aduoluta: ignoſce
inquit audacie: ignoſce neceſſitati mee.
Quid auertis oclos? Quid rogātē fugis
Noli me mulierē aſpicere:ſʒ miſerā. Hic
ſexꝰ genuit ſaluatoꝛē:nō hn̄t ſani opꝰ me/
dico ſʒ q male hn̄t. Tādē ſubſtitit: ⁊ pꝰ tm̄
tpis viſa mlr̄iere īterrogabat cauſas aduē
tus eiꝰ:ac fletuū. Et poſtꝙ didicit: leua/
tis ad celū oclis redire eā iuſſit:eūtēꝙ eā
lachꝛymis ꝓſecutꝰ ē. Exacto aūtāno: vi/
dit eā cū filio. Hoc ſignoꝝ eiꝰ ꝑncipiū ali/
ud maius ſignum ꝓnobilitauit. Ariſtbene
elpidij q poſtea pꝛefect̄s ꝑtoꝛij fuit vxoꝛ
valde nobil̄ īter ſuos: ⁊ īnt̄ xp̄iāos no/
bilioꝛ reuertēs cū marito et tribꝰ liberis

A beato anthonio gaze propter infirmita
tem eoꝝ remorata eſt. Ibi enim ſiue ob
corruptum aerem ſiue vt poſtea claruit
propter gloriam hylarionis ſerui dei emi/
tritei pariter arrepti:omnes a medicis de
ſperati ſunt. Iacebat vlulans mater: ⁊
quaſi inter tria filioꝝ diſcurrens cadaue/
ra quem primum plangeret:neſciebat.
Agnito autem ꝙ eſſet quidam monachꝰ
in vicina ſolitudine:oblita matronal' pō/
pe:tantum ſe matrem nouerat: vadit co
mitata ancillulis ⁊ eunuchis:viroꝗ ei a vi
ro ſuo ſuaſū eſt: vt aſello ſedens pergeret.
Ad quem cum veniſſet. Per eum te ait
ieſum clementiſſimum dominum noſtruꝫ
obteſtor per crucem eius ⁊ ſanguinem: vt
reddas mihi tres filios: vt glorificetur in
vrbe gentilium nomē domini ſaluatoris.
Ingrediat̄ ſeruus eius gazam:⁊ marnas
corruat: Renuente illo ⁊ dicente: nūꝗ ſe
egreſſum de cellula:nec habere conſuetu
dinem vt non mō ingrederetur ciuitates:
ſed nec villas ingrederetur: proſtrauit ſe
humi crebro clamitans. Hylarion ſerue
chriſti redde mihi filios meos: quos anto
nius tenuit in egypto:a te ſeruentur in ſy
ria. Flebant cuncti qui aderant.ſed ⁊ ipē
negans lacrimabatur. Quid multa? Nō
priꝰ mulier receſſit:ꝗ ille pollicitꝰ ē:ſe. pꝰ
ſolis occaſum gazam introiturum. Qui
poſtꝗ venit:ſingulorum lectulos ⁊ ardē/
tia membra conſiderans inuocauit ihm.
Et:o mira virtus: ſtatim quaſi de tribꝰ fō
tibus ſudor pariter erupit. Eadem hora
acceperūt cibos:lugentemꝗ matrem co
gnoſcētes ⁊ benedicentes deuꝫ ſancti ma
nus deoſculati ſunt. Quod poſtꝗ auditū
eſt ⁊ longe lateꝗ percrebruit:certatiꝫ ad
eum de ſyria ⁊ egypto populi confluebāt:
ita vt multi chriſtiani fierent. ⁊ ſe mona/
chos profiterent̄. Nec dū enim tūc mona
ſteria erāt in paleſtina:nec quiſquā mona
chos ante ſanctum hylarionē ī ſyria noue
rat. Ille fūdator ⁊ eruditor huiꝰ cōuerſati
onis ⁊ ſtudii:in hac prouincia fuit. Habe/
bat dn̄s ihs in egypto ſenē antoniuꝫ:⁊ in
paleſtina hylarionē iuniorē. Facidia vicu
lus ē rinocorure vrbis egypti: de hoc de
cem iam annis ceca, mulier adducta eſt
ad beatum hylarionē:allataꝗ ei a fratri/
bus:iā eniꝫ multi cū eo monachi erāt: oēꝫ
ſuā ſubſtantiā ſe expendiſſe ait ī medicos.
Cui reſpondit. ſi que inqt in medicos pdi/
diſti: dediſſes pauperibus:curaſſet te ve/
rus medicꝰ ihs. Clamāte autē illa ⁊ miſi/
cordiaꝫ deprecāte:expuit in oculos eius:
ſtatimꝗ ſaluatoris exēpluꝫ virtus eadeꝫ
ſecuta ē ſanitatis. Auriga quoꝗ gazen
ſis:in curru pcuſſus a demone:totus obri
guit:ita vt nec manus agitare neꝗ ceruí
cem poſſet flectere. Delatꝰ ergo ī lectulo
cū ſolam linguā moueret ad preces:audi/
uit non prius poſſe ſe ſanari ꝗ crederet ī
ihm:⁊ ſponderet arti priſtine renūciaturꝝ.
Credidit:ſpopondit:ſanatus ē. magiſꝗ d
aīe ꝗ de corporis ſalute exultauit. Pre
terea fortiſſimꝰ iuuenis nomine meſſicas
de territorio hieroſolyme:tantū ſibi plau/
debat in viribꝰ: vt quindecī frumēti mo/
dios:diu longeꝗ portaret:⁊ hāc haberet
palmaꝫ fortitudinis ſue:ſi aſinos vinceret:
Sed hic afflatus a peſſimo demone. non
cathenas:non cōpedes:non clauſtra oſtio
rum integra patiebat̄: Multorū naſus ⁊
aures morſiciis āputauerat: hoꝝ pedes:
illorū guttur fregerat:tantumꝗ ſui terro
reꝫ omnibus incuſſerat: vt oneratꝰ cathe
nis ⁊ funibꝰ:in diuerſa nitentiuꝫ quaſi fe
rociſſimus thaurus:ad monaſteriū ꝓtra
heretur. Quē poſtꝗ fratres videre pter/
riti:erat enim mire magnitudinis: nuncia
uerunt patri. Ille ſicut ſedebat iuſſit euꝫ
ꝓtrahi ⁊ dimitti: ſolutoꝗ ait. Inclina ca/
put ⁊ veni. Tremere miſer cepit. ⁊ ceruí/
cem flectere:nec aſpicere auſus ꝯtra oīꝗ
ferocia depoſita.pedes ſedētis lābere ce/
pit. Adiuratꝰ itaꝗ ⁊ extortus demon qui
iuuenem poſſederat:ſeptima die egreſſus
eſt. Sed nec illud tacendū eſt.ꝙ orion vir
ꝑmarius ⁊ ditiſſimꝰ vrbis achile:que ma
ri rubro imminet:a legione demonū poſ/
ſeſſus:ad eū pductꝰ ē. manꝰ.ceruix:latera
pedes ferro onerata erāt:furoriſꝗ ſeuitiā
torui oculi minabant̄. Cūꝗ deābularet



ſanctus cū fratribus. ⁊ de ſcripturis ne/
ſcio quid inte ꝓpararetur erupit ille de ma
nibus ſe tenentiū. Et duꝫ perueniſſēt ad
ſanctū hylarionē ſtati amplexās eū poſt
tergū in ſublime eleuauit. Et clamor in/
gēs ortus ē ab omnibꝰ:timebāt enī ne cō
fecta ieiunijs membra collideret. Et ſan/
ctus Hylarion ridens. ſilete inquit ⁊ mihi
meū paleſtritā dimittite:ac ſic reflexa ſu/
per humeros manu:caput eiꝰ tetigit: ap/
prehenſoꝗ crine: ante pedes ſuos addu/
xit: cōſtringens e regione ambas manꝰ
eiꝰ ⁊ plātas vtroꝗ calcans pede: ſimulꝗ
cōgeminās torquere demonū turbas ce/
pit. Cumꝗ ille eiularet:⁊ reflexa ceruice
terraꝫ vertice tangeret:dn̄e inquit ieſu o
me miſerū ſolue captiuuꝫ: ⁊ vnū ⁊ plures
vincere tuū ē. Rē loqr inauditā. Ex vno
hoīs ore diuerſe voces:⁊ cōfuſus populi
clamor audiebatur. Curatus itaꝗ et hic
poſt non multū tēporis cū vxore ⁊ liberis
vēit ad mōaſteriū:plurima qſi grāꝫ reddi
turꝰ dona afferēs. Cui ſāctꝰ ait. Nō legiſti
qd giezi. qd ſymon paſſi ſūt: quoꝝ alt́ ac
cepit preciū:alter obtulit vt ille venderet
gratiaꝫ ſpūs ſancti: hic mercaretur. Cūꝗ
orion flēs diceret accipe ⁊ da pauperibꝰ
Tu meliꝰ inquit tua potes diſtribuere q
p vrbes ambulas ⁊ noſti pauperes: ego
qui mea relīq cur aliena appetā? Multis
nomen pauperum: occaſio auaricie eſt.
Miſericordia artē non hēt. Nemo meliꝰ
erogat ꝗ q ſibi nihil reſeruat. Triſti aūt ⁊
in harena iacenti:noli inqt ꝯtriſtari fili:qd
facio ꝓ me:⁊ pro te facio. Si eniꝫ hec ac/
cepo:⁊ ego offēdā deū:⁊ ad te legio reuer
tet̄. Quis vero ſilentio poſſit preterire
ꝙ zazanus mayumites haud longe a mo/
naſterio eius:lapides ad edificandum de
ora maris cudēs:totꝰ paralyſi ſolutꝰ ē: ⁊ ab
operarijs ſocijs delatꝰ ad ſanctū hylarionē
ſtatiꝫ ad opꝰ reuerſus ē. Et.n. litꝰ qd pale
ſtine egyptoꝗ pretenditur: per naturam
mollibꝰ harenis in ſaxa dureſcentibꝰ aſpe
ratur paulatiꝗ cohercens ſibi glarea per/
dit tactū:cū nō pdat aſpectū. Sꝫ ⁊ italicꝰ
qdā eiuſdeꝫ oppidi municeps chriſtianus
aduerſuꝫ gazēſiū viꝝ marne idolo deditū:
circi eq̄s curules nutriebat:hoc ſiqdē ī ro/
manis vrbibꝰ iā ex inde ſeruabat̄ a romu
lo: vt ꝓpter felicē ſabinaꝝ raptū conſcio
quaſi cōſilioꝝ deo quadrige ſepteno cur
rant circuitu:⁊ equos ptis aduerſe frāge/
re victorie ſit. Hic itaꝗ emulo ſuo haben
te maleficū qui demoniacis qbuſdā īcan
tationibꝰ ⁊ huius īpediret equos:⁊ illiꝰ cō
citaret ad curſum: venit ad beatū hilari/
onē:⁊ nō tā aduerſariū ledi ꝗ ſe defendi
obſecrauit: Ineptuꝫ viſuꝫ ē venerādo ſe/
ni in huiuſcemodi nugis orationem pdere.
Cūꝗ ſubrideret ⁊ diceret:cur enī nō ma
gis equorū preciū ꝓ ſalute aīe tue paupe
ribus erogas? Ille reſpondit functionē
eſſe publicā:⁊ hoc ſe non tā velle ꝗ cogi
nec poſſe hoīem xpianū vti magicis arti/
bus: ſed a ſuo potiꝰ xpi auxiliū petere:
maxime cōtra gacenſes aduerſarios dei
nō tā ſibi ꝗ eccleſie xpi īſultantibꝰ. Ro/
gatus ergo a fratribꝰ q aderāt ſanctis pa
teram fictilem ī qua bibere conſueuerat:
aqua iuſſit īpleri:eiꝗ tradi. Quā cū acce
piſſet italicus:ſtabulum ⁊ aurigas ſuos
curruūꝗ repagula aſpſit. Mira vulgi ex
pectatio. Nam ⁊ aduerſariꝰ hoc ipſū ir/
ridēs diffamauerat: ⁊ fautores italici ſi
bi certati victoriā pollicētes exultabant
igit̄ dato ſigno hi auolāt:illi īpediūt̄ ſub
horuꝫ curru rote feruēt.illi ꝑteruolātiū
terga vix cernūt. Clamor vulgi nimiꝰ. ita
vt ethnici quoꝗ ipſi concreparent: mar/
nas victus a xpo ē. Porro furētes aduer
ſarii:hylarionē maleficū xpianoꝝ ad ſup/
pliciū popoſcerāt. Indubitata ergo victo
ria ⁊ illis ⁊ multis dehinc circenſibus plu
rima fidei occaſio fuit. De ꝑfato gazēſe
emporii oppido: ꝓpter virginē dei: vicinꝰ
iuuenis amando deperibat. Qui cū fre/
quēt̄ tactu:iocis:nutibꝰ ſibil' ⁊ ceṫis huiu/
ſcemodi q̄ ſolēt moriture ꝟginitatis eē ꝓn
cipia: nihil ꝓfeciſſet:prexit memphim: ſe
vt cōfeſſo vulnere ſuo:magicis artibꝰ re/
diret ad ꝟginē. Igit̄ poſt annū edoctꝰ ab
eſculapii vatibꝰ nō remediātis aīas ſꝫ pdē
tis: venit ꝑſumptū animi ſtuprū geſtiens

et ſubter limē domus puelle: quedam tor
menta ꝟborꝝ: ⁊ portētuoſas figuras ſcul/
ptas ī eris cupri lamina defodijt: illico īſa/
nire virgo ⁊ amictu capitis abiecto: rota
re crinem: ſtridere dentibus: īclamare no
mē adoleſcentis cepit. Magnitudo ꝗppe
amoris ſe in furorem ꝟterat. Perducta ḡ
a parentib⁹ ad monaſteriū ſeni tradit̄: vlu
lante ſtati ⁊ cōfitēte demōe. vim ſuſtinui
inquit: inuit⁹ huc adductus ſum. O bene
memphis ſomniis homines deludebā. O
cruces o tormēta que patior. Exire me co
gis: ſ3 ligatus ſubter limen licio ⁊ lamina
teneor: Non exeo niſi me adoleſcens qui
detinet dimiſerit. Tūc ſenex ait: Grādis
fortitudo tua: q licio ⁊ lamiā ſtrict⁹ tene/
ris. Dic quare auſus es ingredi puellā dī:
Ait vt ſuarē virginē. Tu inq̄t ſeruares
perditor caſtitatis: Quare nō poti⁹ ī eum
qui te mittebat ingreſſus es: Ut quid in/
quit intraſſez ī illū: q habebat collegā me/
um amoris demonē. Noluit autez ſanct⁹
anteq̄ purgaret virginē vel adoleſcentē
vel ſigna iubere perquiri: ne aut ſolutus
incantationibus receſſiſſe demō videret̄:
ſeu ipſe ſermoni eius accōmodaſſet fidez
aſſerens fallaces eſſe demones: ⁊ ad ſimu
landū callidos: ſed magis reddita ſanita
te īcrepauit virginē: cur feciſſet talia ꝑ q̄
in eā demon intrare potuiſſet. Non ſo/
lū autē in paleſtina ⁊ vicinis egypti vł ſy/
rie vrbibus: ſed etiā ī longinquis ꝓuinci/
is fama ei⁹ creuerat. Nāqz cādidat⁹ ꝯſtā/
tini īperatoris: rutilus coma ⁊ candore cor/
poris īdicās ꝓuinciā: int̄ ſaxones quippe ⁊
alamānos gens ē: non tā lata q̄ valida q̄
apud hyſtoricos germania nūc frācia dr̄
antiq̄ ab infantia poſſeſſus demone q no
ctib⁹ eū vlulare: īgemiſcere: ⁊ fremere dē
tib⁹ cōpellebat. ſecreto ab īperatore eue/
ctionē petit: cauſā ei ſimpliciter īdicās. Et
acceptis ad cōſularē q̄3 paleſtine litteris
cū īgēti honore ⁊ comitatu ad gazā ꝺdu/
ctus ē. Qui cū a decurionib⁹ loci illius q̄/
ſiſſet: vbi habitaret hylarion monachus:
territi gazēſes: ⁊ putātes aliqua ratione
cū ab īperatore miſſū: ad monaſteriū con

citi pertexerūt: vt ⁊ honorē cōmendato ex/
hiberēt. Et ſi que de preteritis iniuriis hy/
larioni eſſēt offenſe: nouo officio delerē/
tur. Deābulabat autez nunc ſenex in hare
nis mollibus: ⁊ ſecuz de pſalmis neſcio q̄d
murmurabat: videnſqz tantaz turbā ve/
nientiuz: ſubſtitit: ⁊ reſalutatis omnibus:
manu eis benedicens poſt horam ceteris
abire precepit: illū vero cuz ſeruis ſuis: et
apparitorib⁹ iuſſit manere. Ex oculis. n.
ei⁹ ⁊ vultu: cur veniſſet agnouerat. Mox
ergo ad īterrogationē ſuſpenſus hō vt vix
terrā pedibus tangeret: ī mane rugiens:
ſyro quo interrogatus fuerat ſmone re/
ſpōdit: videres de ore barbaro: ⁊ qui fran
cā tm̄ ⁊ latinā līguā nouerat: ſyra ad pu/
rū verba reſonare: vt nō ſtridor nec aſpi/
ratio: non idioma aliqđ paleſtini deeſſet
eloquii. Cōfeſſus eſt itaqz quo ī eū intraſ/
ſet ordine: ⁊ vt interpretes eius intellige/
rent: qui grecā tantū ⁊ latinā linguaz no
uerant: grece quoqz eum interrogauit.
Quo ſimiliter ⁊ in ꝟba eadem reſpondē/
te: multaſqz īcantationū occaſiones ⁊ ne/
ceſſitates magicaruz artium oſtendente
non curo: ait quomodo intraueris: ſed vt
exeas in nomine domini ieſu chriſti im/
pero. Cūqz curatus eēt ſimplicitate ruſti
ca decez auri libras offerēs. ordeaceū pa
nez ab eo accepit audiens ꝙ qui tali cibo
alerentur: aurū pro luto ducerent. Parū
eſt de hominib⁹ loqui: bruta quoqz aīalia
quottidie ad eū furētia ꝑtrahebant equo
ruz ſeu vaccaꝝ. Cameluz enormis magni
tudinis: qui multos iam obtriuerat: trigī/
ta ⁊ eo amplius viri diſtentū ſolidiſſimis
funibus cū clamore adduxerūt. Sangui/
nei erāt oculi: ſpumabat os: volubilis lin/
gua vrgebat: ſuper oēm terrorē rugit⁹ ꝑ/
ſonabat imanis. Juſſit igit̄ dimitti ſenex:
ſtatimqz ⁊ q adduxerāt: ⁊ q cū ſene erāt
vſqz ad vnū omnes diffugierūt. Porro
ille ſolus perrexit obuiā: ⁊ ſmone ſyro nō
me īq̄t terres zabule tāta mole corporis:
Et in vulpecula ⁊ ī camelo vnus atqz idē
es. Et interim porrecta ſtabat manu. Ad
quē cū furens ⁊ quaſi deuoratura ſeuiēs



belua ꝑueniſſet: ſtatiz corruit: ſubmiſſūqz
caput terre coequauit: mirantib⁹ cūctis
qui aderant. poſt tātam ferociam tantam
ſubito manſuetudinez: docebat autē eos
ſenex: hominuz cauſa diaboluz etiā iumē
ta corripere: ⁊ tanto eoꝝ ardere odio: vt nō
ſoluz ipſos ſed ea quoqz que ipſoꝝ eſſent:
cuperet interire. Huiuſqz rei ꝓponebat
exempluz: ꝙ anteq̄ beatū Job temptare
permitteret: omnez ſubſtantiā ei⁹ interfe
cerit: nec mouere quēpiaz debere: ꝙ do/
mini iuſſione duo milia porcoꝝ a demoni
bus interfecta ſunt: ſiquidez eos qui vide
rant nō potuiſſe aliter credere exiſſe ꝺ ho
mine tantā demonum multitudinem. niſi
grandis porcoꝝ numerus: ⁊ quaſi a mītis
actus pariter corruiſſent. Temp⁹ defici
et ſi voluero vniuerſa ſigna que ab eo ſūt
perpetrata dicere. Jn tantā a domino ele
uatus fuit gloriā: vt beatus quoqz anto/
nius audiens ꝯuerſationez eius. ſcriberet
ei: libenterqz eius epiſtolaz ſumeret: ac ſi
quādo de ſyrie partib⁹ ad ſe languentes ꝑ
rexiſſent. diceret eis. Quare nos tam lon
ge vexare voluiſtis: cū haberetis ibi filiū
meuz hylarionē. Exēplo itaqz eius ꝑ totā
paleſtinā innumerabilia monaſteria eē ce
perunt. ⁊ omnes ad eū monachi certatim
currere. Qͦ ille cernens laudabat xp̄i gra
tiaz: ⁊ ad profectū anime ſingulos cohor/
tabatur: dicens preterire figuram mundi
hui⁹: ⁊ illā veram eſſe vitam que pn̄tis vi
te emeretur incommodo: volens autem
exemplū eis dare etiā humilitatis ⁊ offi/
cii: ſtatutis diebus ante vindemiā: luſtra/
bat cellulas monachoꝝ. Quod poſtq̄ co/
gnituz eēt a fratribus: oēs prius ad eū cō
fluebāt: ⁊ comitāti tali duce circuibāt mo
naſteria: hn̄tes viaticū ſuuz: quia īterduz
vſqz ad duo milia hominū cōgregabant̄.
Sed ⁊ ꝓcedente tēpore: vnaqueqz villa
vicinis monachis ad ſuſceptionē ſanctoꝝ
gaudens cibos offerebat. Sane quantuz
fuerit in eo ſtudii: nullū fratrez q̄uis hūi/
lez: q̄uis pauperē ꝑterire illud indicio ē:
ꝙ vadens in deſertum cades: ad vnū ex di
ſcipulis ſuis viſendū cum infinito agmine

monachoꝝ peruenit heluſaz: eo forte die
quo anniuerſaria ſolēnitas omnez oppidi
populū ī tēplū veneris ꝯgregauerat. Co/
lunt autez illaz ob luciferū: cuius cultui
ſarracenoꝝ natio dedita eſt: ſ3 ⁊ ipſuz op/
pidum ex magna ꝑte ſemibarbarum eſſe
propter loci ſituz dicitur. Audito ꝙ ſanct⁹
hilarion preteriret: m̄ltos enī ſarracenoꝝ
arreptos demone frequenter curauerat:
gregatiz ei cuz vxoribus ⁊ liberis obuiaz
proceſſerūt: ſubmittentes colla ⁊ voce ſy
ra barech id eſt benedic īclamātes. Quos
ille blande humiliterqz ſuſcipiēs: obſecra/
bat vt deum magis q̄ lapides colerent:
ſimulqz vbertiz flebat, celum ſpectans: ⁊
ſe pollicens ſi chriſto crederēt: ad eos cre/
bro venturum. Mira domini gratia: nō
prius eum abire paſſi ſunt: q̄ future eccle
ſie limitem mitteret: ⁊ ſacerdos eoruz. vt
erat coronatus chriſti ſigno denotaret. ¶
Alio quoqz anno cum exiturus eēt ad vi
ſēda monaſteria: ⁊ dirigeret ī ſcedula apđ
quos maneret: ⁊ quos in tranſitu viſitare
deberet: ſcientes monachi quendaz ꝺ fra
trib⁹ parciorem: ſimulqz cupientes vicio
eius mederi: rogabant vt apud eū mane
ret: Et ille quid inquit vultis ⁊ vobis iniu
riam: ⁊ fratri vexationem facere: Quod
poſtq̄ frater ille parcus audiuit: erubuit:
⁊ adnitentibus cunctis vix ab inuito īpe/
trauit vt ſuuz quoqz in manſionum ordi
nem poneret. Poſt diem ergo decimum
venerunt ad euz: cuſtodibus iaz in vinea
quaſi villa eſſet aliena: ab eo diſpoſitis: q
cum lapidibus ⁊ glebarum iactu: fūdeqz
vertigine accedētes deterrerēt: ſine eſu
vuarum mane omnes profecti ſunt riden
te ſene: ⁊ diſſimulāte ſe ante ſcire qđ eue
nerat. Porro ſuſcepti ab alio monacho
cui⁹ ſabbas vocabulū ē: debem⁹ ꝗppe pci
tacere vocabulū. Largi dicere: q a domi/
nicus erat dies: inuitabant̄ ab eo vniuer
ſi ad vineā vt ante horā cibi vuaꝝ paſtu
laborē vie ſubleuarēt. Et ſenis hilarion
maledict⁹ ait: q prius refectionez corporis
q̄ aīe queſierit. Orem⁹: pſallam⁹ redda/
mus dn̄o officiū: ⁊ ſic ad vineā ꝓperabitis.

Completo itaqꝫ miniſterio ĩ ſublimi ſtãs:
benedixit vinee:⁊ ſuas ad paſcendũ dimi
ſit oues. Erant autẽ qui veſcebantur:nõ
minus tribus milibus. Cunqꝫ centũ lage
nis extimata adhuc integra fuiſſet vinea:
poſt dies viginti trecẽtas fecit. Porro il
le parcus frater multominus ſolito colli/
gens. etiam id quod habuerat: verſum in
acetũ ſero doluit. Hoc aũt multis fratri/
bus ſenex antefuturꝫ dixerat. Deteſtaba
tur autẽ precipue monachos:qui infideli
tate quadaꝫ in futurꝫ ſeruarent ſua:⁊ dili
gentiã haberẽt vel ſumptuũ: vel veſtiuꝫ:
aut alicuius rei cum ſeculo tranſeuntis.
Deniqꝫ vnũ de fratribus ĩ quinto a ſe mi
liario manenteꝫ:quia cõperit hortli ſui ni
mis cautuꝫ timidumqꝫ cuſtodeꝫ:⁊ pauxil
lum habere nũmorꝫ ab oculis ſuis abege
rat. Qui volens ſibi reconciliare ſenẽ:fre
quenter veniebat ad fratres:maxime ad
eſyciuꝫ:quo ille vehementiſſime delecta/
batur. Quodaꝫ ergo die ciceris faſceꝫ vi
rentis ſicut in herbis erat detulit: Q ueꝫ
cum ad veſperꝫ eſycius poſuiſſet in men/
ſam:exclamans ſenex ſe putoreꝫ eius fer/
re nõ poſſe ſimulqꝫ vnde eẽt iterrogauit:
Reſpondente autẽ eſycio ꝙ frater quidã
primitias agelli ſui fratribus detuliſſet: ñ
ſentis inqꝫ putorẽ teterrimum ⁊ in cicere
facere auariciã. Mitte bobus:mitte bru
tis animalibus:⁊ vide ſi comedãt. Quod
cum ille iuxta preceptũ in preſepia poſuiſ
ſet: exterriti boues ⁊ plꝰ ſolito mugiẽtes
ruptis vinculis in diuerſa fugierunt. Ha/
bebat eni ſenex gratiaꝫ hanc:vt ex odore
corporum veſtiumqꝫ: ⁊ earꝫ rerum quas
ꝗs tetigerat:ſciret cui demoni vel cui vi/
cio ſubiaceret. Igit̃ ſenex ſexagita tres
hñs ãnos vite:cernẽs iã grãde mõaſteriũ
⁊ multitudinẽ fratruꝫ ſecuꝫ habitantium:
turbaſqꝫ eorꝫ qui diuerſis langoribus ⁊ i/
mũdis ſpiritibus occupatos ad ſe deduce
bant:ita vt omni genere hominũ ſolitudo
ꝑ circuituꝫ repleretur:flebat quottidie ⁊
incredibili deſiderio cõuerſationis antiq̃
recordabatur:interrogatꝰ auteꝫ a fratri/
bus quid haberet cur ſe cõſiceret:aiebat.

Rurſus ad ſeculũ redij ⁊ recepi mercedẽ
meã in vita mea. En omnis paleſtina ⁊ vi
cine prouicie extimãt me alicuius eẽ mo/
menti:⁊ ego ſub ꝓtextu monaſterij diſpen
ſationẽ fratꝝ: ville poſſeſſiões ⁊ ſuppelle/
ctileꝫ hẽo. Seruabat̃ ꝗ intente a frib' ma
ximeqꝫ ab eſycio:q miro amore veneratĩ
onis ſeni deditus erat. Que cũ ita lugens
biẽnio tractaret:ariſtbene illa cuiꝰ latius
ſupra fecimꝰ mẽtionẽ:ꝑfecti tũc vxor ſed
nihil de ꝗbitu ꝑfecti hñs: venit ad cuꝫ: vo
lens etiã ad antoniũ ꝑgere. Cui ille flens
ait. Vellẽ ipe quoqꝫ ire ſi nõ carcere huiꝰ
monaſterij clauſus tenerer:⁊ ſi eundi fru
ctus eẽt. Biduo eni hodie ẽ ꝙ ex hac luce
ſubtractꝰ: ⁊ totꝰ mundus tali parente or/
batus ẽ. Credidit illa ⁊ ſubſtitit:⁊ pꝰ pau/
cos dies veniẽte nũcio:antonij dormitio
neꝫ audiuit. Mirent̃ alij ſigna ſcĩ hylari/
onis ⁊ portẽta q̃ fecit:mirent̃ icredibilem
abſtinentiã:ſciaꝫ:humilitatẽ:ego nihil ita
ſtupeo:q̃ꝫ gloriã illã ⁊ honorẽ calcare po/
tuiſſe. Cõcurrebãt epi:pſbyteri: clericorũ
⁊ mõachorꝫ greges:matrone quoqꝫ xp̃ia
norꝫ grãdis teptatio ⁊ hic ide ex vrbibus
⁊ agris vulgꝰ ignobile:ſed ⁊ potẽtes viri
⁊ iudices: vt benedictũ ab eo panẽ vł ole
uꝫ accipent. at ille nihil aliud niſi ſolitudi
nem meditabat̃:itantũ vt q̃dam die ꝓfi/
ciſci ſtatuerit ⁊ adducto aſello:nimijs ꝗp/
pe exeſus ieiunijs vix igredi poterat. iter
arripe conaret̃. Qui cuꝫ ꝑ heremũ iſſet:⁊
q̃ſi vaſtitas ⁊ exitiũ paleſtie idiceret̃ plꝰq̃
decẽ milia hoiuꝫ diuerſe etatis ſexꝰ ad re
tinẽdũ ꝯgregata ſũt. Immobilis ille ad ꝑ
ces.⁊ baculo harenã diſcutiẽs: loq̃batur.
Fallacẽ deũ meũ nõ facio:nec poſſuꝫ vi
dere ſubuerſas eccleſias:calcata xp̃i alta
ria:filiorꝫ meorꝫ ſãguinẽ. Vniuerſi aũt ꝗ
aderãt itelligũt reuelatũ ei q̃ddã eẽ ſecre
ti: qđ nollet ꝯfiteri: ⁊ nihilominꝰ cuſtodi
ebãt eũ ne ꝓficiſceret̃. Decreuit ꝗ publica
voce oẽs cõteſtãs ñ cibi ſe nec potꝰ q̃ppiã
ſumere. niſi dimitteret̃. Et pꝰ ſeptẽ dies ĩ
edie tãdẽ relaxatꝰ cauſa: ac vale dicẽs plu
rimis: cũ ĩfinito agmine ꝓſequentiũ venit
bethyriũ: vbi ꝑſuaſis turb̃ vt reuerterent̃



elegit quadraginta monachos qui habe/
bant viaticũ: vt poſſẽt ieiunantes ingre/
di .i. poſt ſolis occaſuꝫ cibũ ſumere. Qui/
ta igit̃ die venit peluſiũ viſitatiſqꝫ q ĩ vici
na heremo: ⁊ in loco q lychonos dicitur:
morabantur prexit triduo ad caſtrũ thon
haſton: vt videret dracontiũ epm ⁊ cõfeſ
ſorẽ q ibi exulabat: Quo incredibiliter cõ
ſolato tãti viri pñtia: pꝰ aliud triduũ mul/
to labore babillonẽ ꝑuẽit: vt viſeret phi
lonẽ epm ⁊ ipſuꝫ ꝯfeſſorẽ. Cõſtãtius eniꝫ
rex arrianorꝫ fauẽs hereſi vtrumqꝫ in ea
loca deportauerat. Inde egrediẽs ꝑ bidu
um venit ad oppidũ afroditon: vbi cõuen
to dyacone bayſano: qui locatis dromedi
bus: camellis. ob aque ĩ heremo penuriã
ꝯſueuerat eũtes ad antoniũ ducere cõfeſ
ſus ẽ fratribus inſtare diẽ dormitiõis be/
ati antonij: ⁊ ꝑuigilẽ noctẽ in ipſo q̊ defun
ctus fuerat loco: a ſe ei debere celebrari.
Tribus ergo dieb' ꝑ vaſtã ⁊ terribilẽ ſoli
tudinẽ: tandem ad mõteꝫ altiſſimũ ꝑuene
runt: repertis ibi duobus monachis: Iſa/
ac videlicet ⁊ pluſiano: quorꝫ yſaac inter/
pres antonij fuerat. Et qꝛ ſe prebet occa/
ſio: ⁊ ad id loci venimus: dignũ videt̃ bre
ui ſermone habitaculũ tãti viri deſcribe/
re: Saxeus ⁊ ſublimis mõs per mille cir/
citer paſſus ad radices ſuas aquas expri/
mit quarꝫ alie harene ebibũt: alie ad infe/
riora dilapſe paulatiꝫ riuuꝫ efficiunt. Su/
pra quẽ ex vtraqꝫ ripa palme innumera/
biles: multũ loco ⁊ amenitatis ⁊ comodi
tribuunt. Videres nanqꝫ ſeneꝫ huc atqꝫ
illuc cuꝫ diſcipulis btĩ Antonij diſcurre/
re: hic aiebãt pſallere: hic orare: hic opari.
hic feſſus reſidere ſolitꝰ erat. Has vites
has arbuſculas ipſe plantauit: illã areolã
manibus ipſe compoſuit: Hãc piſcinaꝫ ad
irrigandũ hortulũ młto ſudore fabricatꝰ
eſt: iſtũ ad fodiendũ humũ plurimis annis
hũit. Iacebat ꝫo in ſtratu eiꝰ: ⁊ q̃ſi calẽs
adhuc cubile deoſculabat̃. Erat autẽ cel/
lula non plus menſure ꝑ quadrũ tenẽs: q̃ꝫ
hõ dormiens extendi poterat. Preterea
in ſublimi montis vertice quaſi ꝑ cocleã
aſcendẽtibus: ⁊ arduo valle niſu due eiuſ

dem menſure cellule videbant̃: ĩ quibus
veniẽtiũ frequentiã ⁊ diſcipulorꝫ ſuorum
ꝯtuberniam fugiẽs moratꝰ eſt: verũ he in
viuo excile ſaxo: hoſtia tm̃ adita habebãt:
poſtq̃ꝫ autẽ ad hortulũ venerant: videtis
inqꝫ yſaac hoc pomeriũ arbuſculis cõſitũ
⁊ olerib' virẽs: an hoc ferme trienniũ cũ
onagrorꝫ grex vaſtaret: vnũ e ductorib'
eorꝫ ſtare iuſſit baculoqꝫ tũdẽs latera ei'
ait. Quare comediſtis qđ nõ ſeuiſtis: Et
exinde exceptis aq̃s ad q̃s potãdas ven/
titabãt: nunq̃ꝫ eos nec arbuſculas nec ole
ra ꝯtigiſſe dicebãt. Preterea rogabat ſe/
nex vt ſibi locum tumuli eiꝰ oſtenderent.
Qui cũ ſeorſuꝫ eũ abduxiſſent vtꝝ ne mõ
ſtrauerit ignorat̃: cãꝫ occultandi iuxta pre
ceptũ btĩ antonij fuiſſe re erẽtes: ne ꝑga/
mus q ĩ illis locis ditiſſimꝰ erat: ſublato ad
villã ſuã ſancti corpore martiriũ fabrica/
ret. Igitur reuerſus a froditon: duob'
tm̃ ſecũ fratrib' ĩ vicina heremo moratus
ẽ: tãta abſtinẽtia ⁊ ſilẽtio dedit': vt eũ pri
mũ ſe cepiſſe xp̃o ſuire diceret. Porro iã
triẽniũ erat ꝙ clauſuꝫ celũ illas tras are/
fecerat ita vt vulgo dicerẽt antonij mor/
tẽ etiã elemẽta lugere. Fama quoqꝫ hila
rionis nõ latuit incolas loci illiꝰ ⁊ certatiꝫ
viri ⁊ mlieres ore luridi ⁊ attẽnuati fame
pluuias a ſuo xp̃i. i. a ſucceſſore Antonij
deprecabant̃. Quos ille cernẽs mire do/
luit: eleuatiſqꝫ ad celũ oculis. ⁊ vtraſqꝫ in
ſublime erigẽs palmas ſtatiꝫ impetrauit
qđ rogauerat. Ecce aũt ſitiẽs harenoſa/
qꝫ regio poſtq̃ꝫ pluuiis irrigata ẽ tãtã ſpẽ
tiũ ⁊ venenatorꝫ aialiũ ex iprouiſo ebuli/
uit mltitudinẽ: vt ꝑcuſſi inumerabiles ni
ſi ad hilarionẽ cõcurriſſent: ſtatiꝫ iterirẽt.
Bñdicto itaqꝫ oleo vniuerſi agricole at/
qꝫ paſtores: tãgẽtes vulnera: certã ſalu/
tẽ ꝓſumebãt. Vidẽs aũt ſe etiaꝫ ibi miris
honorib' affici: prexit alexãdriã ĩde ad ite
riꝰ monaſteriũ oaſan trãſiturꝰ: ⁊ qꝛ nunq̃ꝫ
ex q̊ ceperat eẽ monach' ĩ vrbib' mãſerat
diuertit ad quoſdã frẽs notos ſibi in bru/
chiũ haud ꝓcul ab alexãdria. Qui cũ mi/
ro gaudio ſuſcepiſſet ſenẽ: ⁊ iã vicina nox
eẽt repẽte audiũt diſcipulos eiꝰ aſin.ũ. ſter

nere. illuzq3 pare ꝓficiſci: itaq3 aduoluti
pedib⁹ ei⁹ rogabāt ne hoc faceret: ꝛ ante
limē ꝓſtrati: citius ſe mori q̄ꝫ carere tanto
hoſpite teſtabant̄. Quibus ille reſpondit.
Idcirco abire feſtino: ne vobis moleſtiaz
generē. Certe ex poſteriorib⁹ cognoſcetis
nō fruſtra me ſubito receſſiſſe. Igitur
gazēſes altera die cū littorib⁹ ꝑfecti: nam
ꝑdic eū veniſſe cognouerāt itrātes mona
ſteriū: cū illuz minime reperiſſen tadiuicē
loquebant̄. Nōne vera ſunt q̄ audiuim⁹?
Magus eſt: ꝛ futura cognoſcit. Urbs eni
gaza poſtq̄ꝫ profecto de paleſtina hilario/
ne: iulianus iꝑio ſucceſſerat. deſtructo
monaſterio ei⁹: ꝑcibuſq̄ꝫ ad iꝑatorē da/
tis ꝛ hylariōis ꝛ eſycii morē iꝑetrauerat:
amboq̄ꝫ vt q̄rerent̄ toto orbe ſcriptuz eſt.
Egreſſus ḡ ſanctus hylarion de bruchio
ꝑ inuiā ſolitudinem intrauit oaſā: ibiq3 an
no plus min⁹ exacto: quia illuc quoq3 euz
ſui fama ꝑuenerat: quaſi iā in oriente late
re ñ poſſet: vbi mlťi illū ꝛ opinione: ꝛ vul
tu nouerāt: ad ſolas nauigare iſulas cogi
tabat: vt quē terra vulgauerat: ſaltē ma/
ria celarēt. Eodē ferme tēpore adrianus
diſcipulus ei⁹ de paleſtina ſupuenit dicēs
iulianū occiſū: xp̄ianū iꝑatorē regnare
cepiſſe: reuerti euz debere ad monaſterij
ſui reliquias. Quod ille audiēs ꝯteſtat⁹
eſt: ꝛ conducto camello per vaſtaz ſolitu/
dinē venit ad maritimā vrbē lybie parato
niuz. vbi adrianus iſelix volens paleſtinā
reuerti: ꝛ ꝓſtinā ſub nomine magiſtri que
rens gloriā: multas ei fecit iiurias. Ad ex
tremū ꝯuaſtatis: que a fratribus ei miſſa
detulerat: neſciente eo ꝓfect⁹ eſt. Super
hoc ſane: q̄a alter loc⁹ referendi nō ē: hoc
aūt tm̄ dixeriz in terrorē eoꝝ qui magr̄os
deſpiciūt q̄ p⁹ aliquātū tēporis morbo re
gio cōputruerit: Habēs ḡ ſenex zazanum
ſecuz: aſcēdit claſſez: ꝛ ſiciliā nauigabat.
Cūq3 venūdato euāgelioꝝ codice quem
manu ſua adoleſcēs ſcripſerat dare nau/
lum diſponeret: i medio ferme adria nau/
cleri fili⁹ arrept⁹ demone: clamare cepit
ꝛ dicere. Hilarion ſue dei cur nobis per
te ꝛ i pellago tutos eē non licet? Da mihi

ſpaciū. donec ad terrā veniam: nec hic eie
ctus precipiter in abyſſos. Cui ille. ſi deus
meus ait tibi concedit vt maneas: mane:
ſin autē ille te eijciet: quid mihi iuidiaz fa
cis homini peccatori atq3 mēdico? Hoc
autez dicebat: ne naute ꝛ negociātes q in
naui erāt: ſecū ad terrā ꝑuenſſent: prode/
rent. Nec multo p⁹ purgatus eſt puer: pa
tre fidē dāte ꝛ ceteris qui aderāt: nulli ſe
ſuper nomine ei⁹ locuturos: Ingreſſus
autē pachinuz promontoriū ſicilie: obtu/
lit nauclero euāgeliuz pro ſubuectiōe ſua
ꝛ zazanni. Qui nolēs accipe: maxime cuz
videret eos excepto illo codice: ꝛ his q̄b⁹
veſtiti erant amplius nihil habere: ad ex/
tremuz iurauit ſe nō acceptuꝝ. Sed ꝛ ſe/
nex aſſenſus ē fiduciā pauperis cōſcientie
ꝛ i eo magis letabat̄ q̄ nihil haberet ſecu
li: ꝛ ab accolis illius loci mendic⁹ putare
tur. Porro recogitās ne negociatores de
oriente veniētes ſe notuz facerent: ad me
diteranea fugit loca: ideſt i viceſimo a ma
ri miliario. ibiq3 in quodaz deſerto agel/
lo lignoꝝ quottidie faſcez colligans: ipo/
nebat collo diſcipuli quo in ꝓxima villa
venundato: ꝛ ſibi alimoniā: ꝛ his qui for/
te ad eos veniebāt: pauxillū panis coeme
bant. Sed vere: iuxta qđ ſcriptuz eſt. nō
pōt ciuitas latere ſup mōtē poſita. Scru
tarius quidā diū i baſilica beati petri apľi
rome torqueret̄: proclamauit i eo imūd⁹
ſpirit⁹. Ante paucos dies ſiciliā igreſſus ē
hylarion ſu⁹ xp̄i: ꝛ nemo eū cognouit. vt
putat ſe eē ſecretū: ego vadā ꝛ ꝓdā illuz.
Statimq3 cū ſuis ſuis aſcenſa i portu na/
ui. appulſus ē pachinū: ꝛ ducēte demone
āte tuguriū ſenis ꝓſtrat⁹ illico curat⁹ ē: h
initiū ſignoꝝ ei⁹ in ſicilia. inumerabilē de
inceps ad eū egrotātiū: ſ3 ꝛ religioſoꝝ ho
minū adduxit mltitudinē: itantū vt de ꝓ/
morib⁹ viris tumens quidaz morbo inter
cutis: atq3 eadē die q̄ ad euz venerat cu/
rat⁹ ſit. Qui poſtea offerēs ei iſinita mu/
nera. audiuit dictū ſaluatoris ad diſcipu/
los. Gratis accepiſtis: ḡtis date. Cum hec
ita gerūt i ſicilia: eſyci⁹ diſcipl's ei⁹ toto ſe
nez orbe q̄rebat: luſtrās littora. ꝺſerta pe



netrans: ꝛ hanc tm̄ habens fiduciaz: quia
vbicumq3 veniſſet diu latere non poſſet.
Tranſacto ergo iaz triennio: audiuit mo
thōe a quodā iudeo: vilia populis ſcruta
vendēte ꝓphētā xp̄ianoꝝ apparuiſſe i ſic
lia: tanta miracula ꝛ ſigna faciētez: vt de
veteribus ſanctis putaretur. Interrogās
itaq3 habitū eius: ꝛ inceſſuz: ꝛ linguā ma
ximeq3 etatē: diſcere nihil potuit. Ille eni
qui referebat: famā ad ſe veniſſe hominis
teſtabat̄: Ingreſſus ergo adriam ꝓſpero
curſu venit pachinū: ꝛ in quadā curui lit/
toris villula: famā ſenis ſciſcitās: conſona
oīum voce cognouit vbi eſſet: quid age/
ret: nihil ita in eo cunctis admirantib⁹ q̄ꝫ
q̄ poſt tanta ſigna atq3 miracula: nec fra
gmen panis quidē a quoq̄ꝫ i illis locis ac/
cepiſſet. Et ne longuz faciā ſermonē ſcūs
vir eſycius: ad magiſtri genua ꝓuolutus
plantaſq3 eius lachrymis rigans: tādē ab
eo ſubleuatus: poſt bidui triduiq3 ſermo/
nez audiuit a zazano: nō poſſe ſenem iam
in illis habitare regionibus: ſed velle ad
barbaras quaſdā pergere nationes vbi ꝛ
nomē ꝛ ſermo eius ignot⁹ foret. Duxit ita
q3 eū ad epydauꝝ dalmacie oppidū: vbi
paucis diebus in vicino agello manſitās
nō potuit abſcondi. Siquidē draco mire
magnitudinis quos gētili ſermone boas
vocant: eo q̄ taz grandes ſint: vt boues
glutire ſoleant: omnez late vaſtabat pro/
uinciam: ꝛ nō ſolū armēta ꝛ pecudes: ſed
ꝛ agricolas quoq3: atq3 paſtores tractos
ad ſe: vi ſpirit⁹ abſorbebat. Cui cū pirā iuſ
ſiſſet preparari: ꝛ oratione ad xp̄m miſſa
euocato precepiſſet ſtruez lignoꝝ ſcande
re: ignē ſuppoſuit: cūctaq3 ſpectante ple/
be: immanem beſtiaz cōcremauit. Unde
eſtuans quid faceret. quo ve ſe verteret:
aliā parabat fugam: ꝛ ſolitarius terram
mente perluſtrans: merebat q̄ tacente
de ſe lingua miracula loquerentur: Ea
tempeſtate terremotu totius orbis qui p⁹
iuliani mortē accidit: maria regreſſa ſunt
terminos ſuos: ꝛ quaſi rurſuz deus dilu/
uiū minaret̄: vel i antiquū chaos redirēt
oīa. naues ad ꝑrupta dilapſe mōtiū pepē

derūt. Quod cū viderēt epidauritani: fre
mentes [illegible] licet fluctus: ꝛ vndaꝝ molē
ꝛ [illegible] gitum littoribus inferri: verē
[illegible] iā eueniſſe cernebant: ne oppidum
funditus ſubuerteretur: egreſſi ſūt ad ſe/
nem: ꝛ quaſi ad preliū ꝓficiſcentes poſue
runt eū i littore. Qui cū tria crucis ſigna
p[illegible]iſſet i ſabulo maris: manuſq3 cōtra tē/
deret: icredibile dictu eſt in quātā altitu
dinē intumeſcēs mare: ante eū ſteterit: ac
diu fremēs: ꝛ quaſi ad obicē indignans:
paulatiz in ſemetipſuz relapſuz ſit. Hoc
epidauruz ꝛ omnis illa regio vſq3 hodie
predicat: matreſq3 docent filios ſuos: ad
memoriam in poſteros tranſmittendā: ve
re illud qđ ꝛ ad apoſtolos dictū ē: ſi credi
deritis dicetis mōti huic: trāſi i mare ꝛ ſi/
et: etiā iuxta lr̄az impleri pōt: ſi tamē quis
habuerit apľoruz fidē: ꝛ talem qualē illis
habendā dn̄s imperauit. Quid eni itereſt
vtruz mons deſcēdat in mare: an immēſi
vndaruz montes repente obriguerint: et
ante ſenis tm̄ pedes ſaxei ex alia pte mo/
liter fluxerint. Mirabatur oīs vrbs et
magnitudo ſigni ſalinis percrebuerat. Qđ
intelligens ſenex in breui lembo claz no/
cte fugit: ꝛ inuēta poſt biduū oneraria na/
ui prexit cypruz. Cumq3 inter maleas et
cytheraz pyrate derelicta claſſe in littore
que non antemna ſ3 conto regitur duo/
bus haud paruis myoparonib⁹ de ſe dro/
mone occurriſſent: denuo hinc inde fluct⁹
verrente remige: omnes qui in naui erāt
trepidare: flere diſcurrere: preparare con
tos: ꝛ quaſi non ſufficeret vnus nuncius:
certatim ſeni pyratas adeſſe dicebant.
Quos ille procul intue[illegible]s ſubriſit: ꝛ cōuer
ſus ad diſcipulos modice inquit fidei qua
re trepidaſtis? Nūquid plures ſunt hi q̄ꝫ
pharaonis exercitus? et tamen omnes
deo volente ſubmerſi ſunt. Loqueba/
tur ꝛ nihilominus ſpumantibus roſtris ho
ſtiles carine iminebāt: iactu tm̄ lapidis in
medio. Stetit ḡ i ora nauis: ꝛ porrecta cō
tra vēientes manu: hucuſq3 ait vēiſſe ſuf
ficiat. O mira rerū fides ſtati reſiliere na
uicule ꝛ ipellētib⁹ ꝯ remis ad pupiz ipet⁹

rediit. Mirabantur pyrate: poſt tergum
ſe redire nolentes: totoꝗ corporis niſu vt
ad nauigiū peruenirent: veloci⁹ multo q̃
venerant: ad littus ferebant. Pretermit/
to cetera ne videar ī narratione ſignoꝝ
volumen extendere: hoc ſolū dicā: ꝙ ꝓ
ſpero curſu inter cicladas nauigans: hinc/
inde clamantiū de vrbibus ⁊ vicis: ⁊ ad
litus concurrentiū: imundorū ſpirituum
voces audiebat. Ingreſſus ergo ſcūs
bonũ. ⁊ affert fructũ aliud cẽteſimũ aliud
ſexageſimũ aliud trigeſimũ: ita vba eius
libẽtiſſime audiẽtes. atq3 i timore dñi pfi/
ciẽtes fructꝰ largiſſimos afferebãt. In cõ
ſpectu aũt coꝝ q̃ſi ãgelus dei videbat: ⁊ q̃
ſi quedã edificij ligatura. Sic eni caritas
illoꝝ erat circa ipz. p doctrinã ſmonis dul
ciſſimi: vt hoc de eo merito crederet vide
re. Cõpleto igit ãno poſtq3 crediderũt: vir
btũs Abraã nõ ceſſabat diebꝰ ac noctibꝰ
vbuz eis dñi p̃dicare. At vbi eoꝝ ſtudiuz
circa deũ fidẽq3 firmiſſimã vidit. ⁊ qꝫ erga
eũ nimia eſſent caritate cõnexi. ⁊ honorez
ſibi maximũ exhiberẽt: verẽs ne obtentu
eoꝝ abſtinẽtie ſue regulã deſtruere coge/
ret: cõſurgẽs i medio noctis hãc orõnẽ fu
diſſe fert ad dñm. Tu ſolus ſine pctõ dẽus:
qui cũ ſis ſactus requieſcis in ſanctis: q ſolus



amator es hoĩuz ac miſericors dñs. q mẽ
tes occultate hꝰ multitudĩs illuminaſti: q
eos ab aduerſarij vĩculis abſoluiſti. ⁊ tue
cognitiõis eis ſcientiã tribuiſti. q̃ſo dñe: vt
vſq3 i finẽ regere eos ⁊ ↄſeruare digneris
⁊ auxiliũ tuũ gregi huic optimo quẽ poſſi
dere voluiſti. ꝑpetuũ copioſũq3 clemẽter
ipartias: ⁊ quaſi muro validiſſimo eos gra
tia bonitatis tue circũdes. ⁊ cor eoꝝ ſẽper
illumines: vt ea q̃ ſũt tibi placita pficiẽtes
eternã vitã pcipere mereãtur. mihi quoq3
iſirmiſſimo adminiculũ tribuas. neq3 repu
tes i peccatũ. qd ab eis feſtino diſcedere.
Tu eni noſti vniuerſoꝝ cognitor. qꝫ te ſo/
lũ deſidero: ⁊ te mihi dñz eſſe cognoſco.
Cõſumataq3 oratiõe diſcedẽs. tertio conſi
gnauit vicũ chriſti ſignaclo: abijtq3 latẽter
i aliũ locũ. ⁊ qbꝰ potuit latebris occultauit
Mane aũt ſolito more ad eccleſiaz turbe
cõuenerũt. Cũq3 eũ minime reperiſſent. ma
ximo ſtupore percuſſi. ⁊ quaſi errãtes oueſ
diuerſis locis paſtorẽ ꝓprium pquirebãt:
nomẽq3 vlulãtes cũ lachrymis iclamant.
Cũ aũt diutiſſime pquirẽdo eum inuenire
nõ poſſent: nimio merore deiecti: ↄfeſti qd
eis acciderat pgẽtes: eꝑo nunciauerunt.
Qui cũ hoc agnouiſſet ipſe quoq3 admotũ
triſtis effectꝰ. ſtatimq3 plurimos ad regrẽ
duz dei hoiez deſtinauit: maxie, ob ↄſola/
tionẽ gregis eius eo qꝫ cerneret eos flebi/
liter ↄtriſtari. Cũq3 ab oĩbꝰ tanq3 lapis p̃ci
oſiſſimꝰ quereret. ⁊ proſus iueniri nõ poſ
ſet: habito cõſilio. cuz clericis ſuis eꝑs me
moratũ vicũ igredit. cepitq3 ad eos ↄſola/
toriũ ꝓferre ſermonẽ: ⁊ dolorẽ maximum
quẽ de diſceſſu hoĩs dei ↄceperãt. blãda p̃
dicatiõe lenire. Cernẽs aũt in fide xp̃i eos
firmiſſimos. elegit ex eis viros ꝓbabiles
quos p̃ſbiteros ac dyaconos lectoreſq3 cõ
ſtituit. Audiẽs vero hoc ſãctiſſimꝰ Abra
am, vehemẽter gauiſus ẽ: ⁊ glorificãs deũ
dixit. Quid retribuã tibi dñe deꝰ meꝰ: beni
gniſſime pater atq3 amator hoĩuz ſuauiſſi
me. Fecit igit alterã iriſecꝰ cellulã. ⁊ ſemet
ipſũ magna cũ leticia cõcluſit. O miracu/
lũ cariſſimi: laudibuſ plenũ ⁊ gloria ſẽpiter
na. In tãtis nãq3 afflictionibꝰ q̃s in ſepe di

cto vico ꝑpeſſus ẽ: nũq3 abſtinẽtie ſue regu
lã fregit: neq3 i dexterã vel ſiniſtraz ab ea
diuertit. Gloria ⁊ magnificẽtia deo. q ei ta
lez tolerãtiã tribuit: q̃ ⁊ alios poſſit ↄuerte
re. ⁊ ſui ꝓpoſiti gratiã cuſtodire. Cernens
aũt diabolus bonorũ hoĩuz emulus. qꝫ tã
tas i eũ tribulationũ moleſtias excitãs: nõ
i iſidias dei hoiem trahere. nõ i aliquo mẽ
tez viri dei valuiſſet a dño ſepare. ⁊ qd ma
gis ẽ. ſicut auꝝ i fornace p̃ſuris fulgẽtior
redderet. atq3 i maiorẽ patiẽtiã ⁊ alacrita
tẽ caritatis pficeret. vehemẽter irritatuſ ⁊
acriter efferatꝰ aduerſus eũ cũ magna fã/
taſia aduenit: vt ſaltẽ ſic ei pauorẽ icutiẽs
decipe eũ poſſet ac fallere. Igit cuz ſtaret
i medio noctis ac pſalleret. repẽte lux co/
pioſa veluti ſolis i cella eiꝰ refulſit. ⁊ vox
q̃ſi cuiuſdã multitudinis audita ẽ dicens.
Beatꝰ es Abraaz. vere beatꝰ es ⁊ fidelis
nulluſq3 ſicut tu i oi cõuerſatiõe iuẽtꝰ ẽ: q
oẽs volũtates meas expleſti. Protinꝰ aũt
vir ſanctꝰ dolũ maligni cognoſcẽs. exalta
uit vocẽ ſuã. ac dixit. obſcuritas tua tecuz
ſit i pditionẽ. o plene dolo atq3 falacia. ego
eni hõ peccator ſũ. hñs tñ ſpei p̃ſidia. p gra
tiã dei i nullo tuas iſidias ptimeſcã. Neq3
eni plurime ſãtaſie pauorẽ mihi icutiunt.
Nomẽ ſiqdẽ dñi mei ⁊ ſaluatoris ieſu chri
ſti. quẽ dilexi ⁊ diligo. mihi validiſſimꝰ mu
rꝰ ẽ i q̃ te icrepo imũde canis. ac tetre ⁊ mi
ſerãde. Et dicẽte eo hec: cõfeſti vt fumꝰ ab
ocl̃is eiꝰ euanuit. Sãctꝰ aũt dĩ famulus
cũ mlta alacritate: trãqlloq3 aĩo benedice
bat dñz. Rurſus vero pꝰ dies orãte eo no
ctu: tenẽs ſecurĩ diabolus. cellulaz eiꝰ co/
nabat euertere. Et cũ iã putaret pforaſſe
eã: voce magna clamauit ⁊ dixit. Feſtina/
te amici mei feſtinate celerit: atq3 itroeun
tes vitã arripite. ait aũt cõtra eũ btũs abraã
Oẽs gẽteſ circũdederũt me: ⁊ i noie dñi vi
dicabor i eis. At ille ꝓtinꝰ cũ hãc vocẽ au
diſſet: euanuit. cella aũt btĩ viri iteg̃ atq3
illeſa pmãſit. Itẽ pꝰ paucos dies cũ media
nocte pſalleret. maculã eiꝰ ſup quã cõſiſte/
bat: cepit vehemẽs flãma cõburere. Tũc
ille itrepidꝰ ignẽ cõculcãs dicebat. Super
aſpidẽ ⁊ regulũ ãbulabo. leonẽ ⁊ draconẽ

cõculcabo. ⁊ oẽm ꝟtutẽ inimici ĩ noĩe dñi
mei iħu xp̄i: q mihi ꝓbet auxiliuꝫ. ſupabo.
Diffugiẽs itaqꝫ ſathanas. voce magna ꝓ
clamabat: ego te ingens mala morte ꝯuin
cã. iueniãqꝫ artes qbꝰ te cõterã. q me nũc
q̃ſi cõtẽptibilẽ reputas. Quadã die igiť ci
bũ eo ſumẽte. trãſfiguratꝰ ꝯmõ i bitu ado
leſcẽtis. cellulã eiꝰ ĩgrediť. ⁊ appropiquãs
catinũ eiꝰ nitebať euertere. Vir aũt dĩ ma
nu illď retinẽs mãducabat intrepidꝰ. Tũc
exiliẽs diabolus. aliã fãtaſiã repẽte cõfin
git: ⁊ ecce q̃ſi cãdelabꝝ ſtatuẽs añ eũ. ⁊ lu
cernã ꝯſup ardentẽ. ore polluto ac fetido
pſalmos cãtabat: voce magna. btĩ igens ĩ
via imaclati q ãbulãt ĩ lege dñi. Cũqꝫ ex
eodẽ pſalmo ꝟba plĩma cecinisſet. nullũ
ei ſmonẽ ſctũs ille rñdit: donec cibũ ſoli
tũ ꝑcepiſſet. Poſtq̃ ꝟo de mẽſa ſurrexit:
cũ oĩ cõſtãtia ait ad eũ. Canis ĩmũde ⁊ mi
ſerãde. atqꝫ ĩfirmiſſime ⁊ mendaciſſime: ſi
noſti ꝙ btĩ ſũt cur eis moleſtus es? Nam
beati ſunt reuera omnes qui ex toto corde
diligũt deũ. Rñdẽs aũt diabolus ait. Id
circo illis ĩfeſtꝰ ſũ. vt ab oĩ ope bono ꝑpe
diti: meis facinoribꝰ ſocieť. Cui vir beatus
ita rñdit. Nõ tibi bñ ſit maledicte. vt queꝫ
piã timẽtiũ deũ ſupare vel ĩpedire ꝑuale
as: niſi forte eos q tibi ſiľes exiſtẽtes adeo
ꝓpria volũtate diſcedũt: Illos vicis ac fal
lis: qm̃ deꝰ nõ ẽ ĩ eis. Ab his aũt q diligũt
deũ taq̃ fumꝰ a vẽto. ita facile euaneſcis
ac deficis. Vna ſiqdẽ eoꝝ oratio ſic te ꝑſe
qtur ac ꝯturbat: queadmodũ puluis a vẽ
to ĩfectatꝰ diſꝑgiť. Viuit aũt deꝰ meꝰ q eſt
bñdictꝰ ĩ ſecula: cuiqꝫ ẽ gloria mea qꝛ nõ te
ꝑtimeſcã. etiã ſi oĩ tpe ibi ꝯſtiteris. Sic aũt
ꝓ nihilo te ſpnã. veluti ſi vnꝰ catulus ꝯtri
tꝰ ab aliq̊ ꝯtẽnať. hec eo dicẽte: cõfeſtĩ ille
vt ſolebat euanuit. Rurſus pꝰ dies quĩqꝫ
cũ pſalmodiã ſuã noctis tpe cõſumaſſet: ali
ud fãtaſie argumẽtũ ab initio cõfingiť. Ec
ce eni q̃ſi turba plurima cerniť aduenisſe ⁊
veluti trahẽtes ĩuicẽ: cũ clamoribꝰ ſe mu
tuo cohortãť. vt hõ dei ĩ foueã ꝓijceretur
Quos circũſpiciẽs vir beatꝰ. circũdederũt
me ĩqt ſicut apes. ⁊ exarſerũt ſicut ignis ĩ
ſpinis: ⁊ ĩ noĩe dñi vĩdicabor ĩ eis. Tũc ſa
thanas exclamãs ait. heu heu me. qd tibi ꝺ
cetero faciã neſcio? Ecce eni me ĩ oĩbꝰ vi
ctũ ac ſupatũ intelligo: ⁊ vniuerſas vires
meas eẽ ꝺſpectas. ⁊ me vndiqꝫ cõculcatũ
Verũtñ nec ſic qdẽ a te aliqñ diſcedã: dõec
ſupans hũilẽ mihiqꝫ ſubiectũ faciã. Vir au
tẽ dĩ ait ad eũ. Anathema tibi ⁊ oĩ virtuti
tue polluiſſime demõ. gloria aũt ⁊ honor
dño ſoli ſctõ ac ſapiẽti dõ: q nobis dilecto
ribꝰ ſuis te tradidit cõculcãdũ. ⁊ idcirco ꝟ
ſurias tuas ſubſãnamꝰ atque cõtẽnimus:
Agnoſce itaqꝫ ĩfirmiſſie atqꝫ ĩfeliciſſime.
qꝛ nos neqꝫ te neqꝫ tuas ꝑtimeſcimꝰ fãtaſi
as. Per mlťũ aũt tpꝰ: diuerſis argumẽtis
ac machinis. ꝯ virꝝ fortiſſimũ dimicãs: non
ceſſit cogitatiõibꝰ eiꝰ ſolidiſſimis. ſaltẽ pa
uorẽ certaminis ĩcutere: cui magis ꝓeliãdo
alacritatẽ caritatẽ ĩ deũ maxie ſuſtẽtabat
Diligẽs nanqꝫ deũ ex toto aĩo. ⁊ cõuerſati
onẽ ſuã ſm volũtatẽ eiꝰ ĩſtituẽs. affluenť
grãꝫ diuinã ꝓmeruit: ⁊ ꝓpterea ñ valebat
diabolus ledere eũ. Perſeuerãť nãqꝫ pul
ſauerat vt ei theſauri diuĩe grẽ pãderẽtur
Cũqꝫ patefactꝰ fuiſſet ĩgreſſus. tres ſibi in
de ꝑcioſiſſimos lapides ſũpſit: fidẽ. ſpem. ⁊
caritatẽ. qbꝰ ĩ eo ꝑfecte ac firmiť virtutes
reliq̃ ornabãť. Texẽs itaqꝫ ꝑcioſiſſimã co
ronã bonis opibꝰ. regi regũ dño. a q̊ mu
nꝰ accepat: offerebat. Quis eni ſic ex toto
corde deuꝫ ⁊ ꝓximũ tanq̃ ſeipm̃ dilexit?
Aut qs ita laborãtibꝰ cõpatiebať ⁊ miſeri
cors exiſtebat. Quẽ aliqñ mõachũ audiẽs
bñ cõuerſari. ñ ꝓ eo depcatꝰ ẽ dñm. vt li
ber ab oĩbꝰ diaboli laq̃is fuareť. ⁊ curſuꝫ
vite ſue ĩculpabiľr ꝯſumaret. Aut quẽ pec
catorẽ vľ ĩpiũ audiẽs. ꝓ eo vt ſaluareť cũ
lachrymis diebꝰ ac noctibꝰ dñm nõ poſtu
labat. Labia ſua nõ ſoluebat facile ĩ riſuꝫ.
corpuſculũ eiꝰ aut facies vel etiã pedes: a
die ꝯuerſiõis ſue nũqꝫ diluti ſũt. Sic nãqꝫ
ſe exhibebat tãq̃ q̊tidie moriturꝰ. O vere
fres gľioſũ miraclꝫ. ĩ tãta abſtinẽtia. iugi
buſqꝫ vigilijs fletibus mixtis. cãmenijs qꝫ
⁊ ꝯtritiõe corpis nũq̃ aĩo laſſatus ẽ: nũq̃ ĩ
firmatꝰ ſegnitia obtorpuit. nũq̃ tedio fati
gatꝰ ẽ: ſꝫ veluti eſuriẽs qſq̃ aut ſitiẽs. ſic il
le auiditate quadã ſuſtinens oĩa: nũq̃ ſui ꝓ



poſiti potuit dulcedine ſatiari. Erat aſpe
ctꝰ eiꝰ quaſi flos qdã imarceſſibilis. atqꝫ ĩ
facie eiꝰ puritas aĩ noſcebať: vtpote: q di
uina gratia ĩ oĩbꝰ frueret: ⁊ iocũditate ſpi
ritalis leticie regebať. In hora nãqꝫ dor
mitõis ſue ita ſplẽdidiſſimꝰ vultu appare
bat: quaſi q nequaq̃ vite ſue tẽpꝰ ĩ abſti
nẽtia ꝑegiſſet. Sꝫ ⁊ aliď ĩ eo ꝑ diſpẽſatõeꝫ
miraculũ geſtũ eſt. In oĩbꝰ ſiqdẽ quĩqua
gĩta annis abſtinẽtie ſue veſtẽ cilicinã qua
ĩdutꝰ fuerat nõ mutauit. Volo aũt dile
ctiſſimi vnanimitatẽ veſtrã: etiã aliud ne
gociũ qď ĩ ſenectute ſua vir btũs geſſit in
ſtruere. Eſt eniꝫ ſapiẽtibꝰ ac ſpiritalibꝰ ple
nũ edificatõis: necnõ humilitatis atqꝫ ꝯpũ
ctõis exẽplũ. Res ꝟo geſta huiuſcemodi
eſt: Habuit vir btũs Abraã carnis ꝓpin
qtate germanũ. quo defuncto: vnica filia
eiꝰ annoꝝ ſeptẽ reliquiť. Quã cũ parẽtibꝰ
orbatam noti amicique patris eius vidiſ
ſent auunculo eius ſine mora producunt.
Cũque eaꝫ ſenior cerneret: in cella ſua ex
teriori iubet ĩcludi. Erat aũt ĩ medio vtri
uſqꝫ cellule feneſtra ꝑmodica ꝑ quã doce
bat eã pſalteriũ: aliaſqꝫ ſcripturas: ⁊ cũ eo
in laudibus dñi vigilabat: ⁊ pſalmos nihi
lominꝰ ꝯcinebat: ĩ oĩ atqꝫ abſtinẽtia emu
lari ſuũ auũculũ nitebať. Alacriter quoqꝫ
ĩ arepto ĩſtituto ꝓficiẽs: vniuerſas ꝟtutes
anim feſtinabat ĩplere. Vir nãqꝫ ſciſſimꝰ
ĩceſſanter ꝓ ea cũ lachrymis dñꝫ depcaba
tur: ne mẽs eiꝰ cura terrenoꝝ actuũ ĩplica
reť: eo ꝙ eiꝰ pater moriẽs: ĩfinitas pecuni
as ei religſſet: quas cõfeſtĩ famulus xp̄i di
ſtribui iuſſit egenis atqꝫ orphanis. Hec q̊ꝫ
auũculũ ſuũ ꝑcabať q̊tidie vt ꝓ ſe dñm
oraret: q̊tenꝰ a cogitatiõibꝰ peſſimis ⁊ di
uerſoꝝ laqueoꝝ diaboli eripeť ĩſidijs. Cõ
ſtãter igiť ĩſtituti ſui regulã obtinebat. Ex
ultabat aũt auũculus eiꝰ. ꝙ ſic eã ꝓ̃ptaꝫ
ſine vlla heſitatiõe ĩ cũctis ꝟtutibꝰ cerne
ret ꝓmoueri: ĩ lachrymis ſcilꝫ. ĩ hũilitate at
qꝫ modeſtia ĩ qete: ⁊ qď his ſublimiꝰ ẽ. er
ga deũ eximia caritate. Viginti ſiqdẽ ãnis
cũ eo ĩ abſtinẽtia ꝯgẽs: velut agna pudicĩſ
ſima. atqꝫ ĩcõtaminata colũba ꝯuixit. Quo
tpe ãnoꝝ expleto. ſeuiebat aduerſus eã di
abolus. ⁊ ĩſidias ſolitas ꝑtẽdebat. quõ eaꝫ
poſſet ſuis caſſibꝰ irretire: vt ſal: ẽ ſic mole
ſtiã ſollicitudinẽqꝫ btõ viro poſſet ĩcutere:
⁊ quãtulũcũqꝫ mẽtẽ ipſius a dño ſepare.
Erat itaqꝫ qdã ꝓfeſſiõe tm̃ mõ mõachꝰ q
ſub obtẽtu edificatiõis ad eũ ſepiꝰ ꝑgere ſi
mulabat. Sꝫ ⁊ illã beatã ꝑ feneſtrã nihilo
minꝰ cõtẽplãdo. luxurie ſtimľis agitatꝰ. cũ
ea colloq cupiebat. amor nãqꝫ libidis cor
eiꝰ q̃ſi ignis ſuccẽderat. Inſidiabať itaque
mľto tpis ſpatõ ita vt vniꝰ ãni circulus vol
uereť: donec cogitationẽ eius ꝟboꝝ ſuoꝝ
molitie eneruaret. Deniqꝫ apiẽs celle ſue
feneſtrã. egrediť ad eũ: q eã ꝓtinus ſcelere
ĩniqtatis atqꝫ libidis cõtamiauit. ac ꝑdidit
Poſtq̃ ꝟo tãti pctĩ facinꝰ ꝑpetrauit expa
uit cor eiꝰ: cõſcidẽſqꝫ eiꝰ ciliciũ q̊ erat ĩdu
ta: faciẽ ſuã mãibus verberabat. cupiẽs ni
mio merore ſe morti tradere. atqꝫ ãxieta
tis oppreſſa põdere. dũ ꝯliberatiõis por
tũ cerneret. ĩ diuerſis cogitatõnũ eſtibus
fluctuabat: plãgebatqꝫ ſe nõ eẽ qď fuerat
⁊ cũ eiulatu ſepiꝰ ꝓferẽs. Ego ĩqt iaꝫ me
ex hoc mortuã ſẽtio: ꝑdidi dies meos ĩ la
bore abſtinẽtie mee. orõnũ lachryme vigi
liaꝝqꝫ opa ad nihilũ ſũt ꝯducta: deũ me
um exacerbaui. meipãꝫ ĩteremi. Heu me
miſerã: omĩ lachrymaꝝ fõte plãgẽdã. Sã
ctũ auũculũ meũ amariſſio merore deꝑſ
ſi. opprobriũ aĩe mee opuit me: illuſio dia
boli facta ſũ. Quid mihi ĩfelici iaꝫ vltra
viuere? Heu me qd egi? Heu me qd factũ
ẽ mihi? Heu me quid mali ꝑpeſſa ſũ. heu
me. vñ ⁊ q̃liter corrui. Quomõ obſcurata
ẽ mẽs mea. Nõ intellexi quomõ lapſa ſũ
nõ cognoui quomõ cõtaminata ſũ. neſcio
quõ cor meũ nubes tenebroſa contexit.
Quõ potui ignorare qd gererẽ. Vbi ab
ſcõdar. vel quo ꝑgã. aut ĩ quã foueã me
metipſã ꝑcipitẽ. Vbi ẽ magiſteriũ ſctiſſi
mi auũculi mei. Vbi monita college eius
effrem: q me docebãt ĩ mea ꝟginitate gra
tulãtes. vt ĩpollutã aĩam ĩmortali ſponſo
ſeruarẽ. Spõſus etenim tuꝰ dicebat ſcũs
⁊ zelãs ẽ. Heu me qd agã. Nõ audeo iã ce
lũ aſpicere cũ apud deũ ⁊ hoĩes me mor
tuã eẽ cognoſcã. Iã eni ad feneſtrã illã ꝓpi
quare ñ audebo. Quõ ego peccatrix ⁊ ple
na immũditie ſordibus. rurſum cũ ſacro

auūculo meo loq̄ tēptabo? Qȝ et ſi auſa
fuero. nonne ignis ex feneſtra exiliet qui
me poſſit exurere? Mortuā itaq̄ȝ ſe lōgo
vlulatu ꝓſtās. nec vltra ſibi ſpeȝ ſalutis
eē relictā. dſperatiōis imerſa caligie ꝓti/
nꝰ prexit ī aliā ciuitatē. atq̄ȝ ī ſtabulo ſe q̄/
dā mutato priſtino habitu collocauit. Ue
ruȝ. cū hec ruina ꝑſate ſcie ꝯtigiſſet: huiuſ
modi viſio beato viro oñdit̄ ꝑ ſoporē. Ui/
dit nāq̄ȝ draconē terribilē atq̄ȝ imanē. aſ/
pectuq̄ȝ ipo fetidiſſimū. et ī fortitudie ſibi
lātē: q̄ſi exeūtē de quodā loco. et vſq̄ȝ ad
cellulā ſuā veniētē: et reperiſſe ibi colūbā
atq̄ȝ glutiſſe eā: et rurſus ī ſuā foueā reme
aſſe. Exꝑgefactꝰ aūt ꝯtriſtatuſq̄ȝ vehemē
ter. fleuit amare: exiſtimās ſathane ꝑſecu
tionē aduerſus dei eccleſiā ꝯcitari. et ple
roſq̄ȝ a fide veritatis auerti. vel ne ſciſma
aliq̄d ī ſācta eccleſia gigneret. Prouolutꝰ
itaq̄ȝ genibꝰ: ꝑcatꝰ ē dñȝ dicēs. Tu q̄ es ꝑ
ſciꝰ vniuerſoꝝ deꝰ. amator hoiuȝ: tu noſti
q̄d ſibi velit hec viſio. Rurſuȝ pꝰ hec duos
dies. vidit eundē draconē ſimili mō ad cel
lā ſuā veniſſe. et poſuiſſe caput ſub pedibꝰ
eiꝰ fuiſſeq̄ȝ diruptū: colūbā q̄q̄ȝ illā quā d/
uorauerat viuā ī vētre eiꝰ reptā. et extē
diſſe manū ſuā viuāq̄ȝ eaȝ cepiſſe. Exꝑge
factꝰ aūt vocabat beatā illā ſemel atq̄ȝ ite
rū putās eā ī cellula eē: et dicebat. Cur te
piguit filia maria: ſic eteni fuit vocitata:
iā duobꝰ diebꝰ os tuū ī dei laudibꝰ aꝑire
Sȝ cū reſpōſuȝ ei nullū daret et ꝙ eā ꝑ bi
duū pſallētē ſolito more non audiret: ani
maduertit viſionē ſuā ad illā certiſſie ꝑti/
nere. Tūc igemuit ac fleuit amare: ⁊ ꝓ
fūdēs lacbrymas ait. heu me. q̄ꝛ agnā me
aȝ lupus crudeliſſimꝰ rapuit: ⁊ filia mea
captiua effecta ē. Exaltās q̄ȝ vocē ſuā cū
lacbrimis dixit. Saluator mūdi xp̄e. con
uerte ad me agnā meā mariā. atq̄ȝ in oui/
le tuū eā reſtitue: vt nō ſenectꝰ mea cū me
rore de hoc mūdo recedat. Ne deſpicias
dprecationē meā dñe: ſȝ mitte veloci̅ gra
tiā tuā. vt eijcias eā de ore draconis icolu
mē. Itaq̄ȝ duo dies q̄ ei ꝑ viſionē reuela/
ti ſūt. duoꝝ ānoꝝ curriculis finiūtur: q̄bꝰ
lubricā vitā neptis eiꝰ. q̄ſi ī vētre attroci

ſimi draconis exegit: ſȝ ſāctꝰ Abrahā vir
dī. ꝑ omne tēpꝰ die noctuq̄ȝ nūq̄ȝ ꝓ ea do
minū deprecādo animū relaxauit. Poſt
duos vero ānos. cū vbi eſſet ⁊ quēadmo
dū ſe gereret: cōperiſſet. rogabat quēdaȝ
ſibi notiſſimū. vt vſq̄ȝ ad eā ꝑgeret: ⁊ cun
cta cognoſceret diligent̄. Pergēs itaq̄ȝ il
le quē miſerat. ⁊ omnia ſub veritate. ⁊ q̄
ipſa q̄ȝ vidiſſet renūciās: rogatꝰ a ſācto vi
ro. habitū ei detulit militarē. ⁊ equū ꝓcul
dubio ad ſedendū. Oſtio itaq̄ȝ patefacto
egredit̄: ſtatiq̄ȝ habitu militari iduit̄. cala/
māchū. i. pilleū quoq̄ȝ lōgū capiti ſuo vt
facies eiꝰ velaret̄ ipoſuit: ſȝ ⁊ ſolidū vnū
ſecū portās. aſcēdenſq̄ȝ equū cōcitꝰ ꝓpe/
rabat. Tāq̄ȝ q̄ſpiā patriā cuiuſlibet vel ci
uitatē cupiēs explorare: habitū loci illius:
ne facile agnoſcat̄: aſſumit: ſic beatus iſte
Abraam inimici habitu: vt eū in fugā ver
teret: vtebat̄. Uenite igit̄ admiramini di
lectiſſimi frēs hūc ſ̄ȝ Abraā. Primꝰ itaq̄ȝ
Abraā egreſſus ad ꝓliū regū: percutiēſq̄ȝ
eos Loth nepotē ſuū reduxit. Hic vo ſecū
dus Abraā: ꝯ diabolū ꝓfectꝰ eſt ad bellū:
vt eo dūicto neptē ſuaȝ cū maiori triūpho
reuocaret. Itaq̄ȝ cū ꝑueniſſet ad locū: diu
tit iſtabulū: ac ſollicitis oclis huc atq̄ȝ illuc
circūſpiciēs: vt eā videret ꝑquirebat. Deiñ
cū mlta hora ꝑterſiſſet ⁊ vidēdi eā minime
tribueret̄ occaſio: ſubridēs ait ad ſtabula/
riū. Amice audiui ꝙ habeas puellā opti/
mā: quā ſi iuberes libētiſſime peruidereȝ.
Qui cū etatis eiꝰ ītueret̄ caniciē: ſenectu
te iā feſſā. ad opꝰ luxurie dſpauit: deide ꝟ
ei riſuȝ dedit. Eſt igt vt tibi copertū ē etiā
ſupra modū ſpecioſa: erat ſiq̄dē maria hec
pene ſupraq̄ȝ natura exigit forme pulchri/
tudie dcora. cūq̄ȝ ſenior nomē eiꝰ regreret
Mariā vocari ille ridit. Tūc hylari vultu
q̄ſo iquit vt mihi p̄ntiā eiꝰ exhibeas: vt poſ/
ſiȝ cū ea hodie epulari multū nāq̄ȝ ex audi
tu cōperi laudari puellā. Que cū vocata
adeſſet: atq̄ȝ ī habitu meretricū ſcūs eam
auūculus eiꝰ ꝑuidiſſet: pene totū corpꝰ eiꝰ
ꝑ dolore ſolutū ē: amaritudinemq̄ȝ aī leto
vultu celauit: ⁊ lacbrymas erūpētes virili
ſexu retinuit: ne forte ſi eū ſeie cognouiſſet



fuge preſidiū flagitaret. Reſidētibꝰ itaq̄ȝ
eis atq̄ȝ bibētibus: cepit cū ea vir mirabi
lis ludere. Que ꝯſurgēs cōplexa ceruicē
eius oſculis demulcebat. Cūq̄ȝ oſcularet̄
eū: odorata eiꝰ corpuſculū ſuauiſſimo odo
re abſtinētie fragrare: ⁊ recordata ē dieꝝ
q̄bus cū ſūma abſtinētia vixerat. ⁊ quaſi
quodā telo ꝑcuſſa. vehemēter igemuit: la
chrimaſq̄ȝ ꝓfudit: ⁊ tāq̄ȝ viȝ cordis nō ſuf
ferēs. ī hec ꝟba ꝓrupit. Ueh veh mihi mi
ſere ſoli. Tūc ſtabularꝰ ſtupefactꝰ ait. q̄d
ē dña Maria: ꝙ ſubito ī tam grauiſſima
ſuſpiria ꝓrupiſti? Hodie duobꝰ ānis hic ꝑ
manes: ⁊ nunq̄ȝ ex te gemitꝰ vel triſtior
ſ̄mo auditꝰ ē: nūc ꝟo q̄d tibi contigerit ne
ſcio. Que reſpōdit ad eū. Beata eſſem. ſi
āte triēniū fuiſſem defūcta. Ad hec. b. ſe/
nior ne agnoſceret̄: veluti cū q̄dā ſerenita
te ait ad eā. Modo cū leticie nos interſu/
mꝰ: tu peccata tua ꝯmemorare veiſti? O
admirāda clemētie tue diſpēſatio: deꝰ al/
tiſſime. Putaſne puella nō dixit in corde
ſuo. Quō aſpectꝰ viri hꝰ auūculi mei aſpe
ctū ſimulat? Sȝ ſolus tu amator hominū
a q̄ ē oīs bona ſapiētia. ita diſpēſaſti ne eū
poſſet agnoſcere. ⁊ fortaſſe ꝯfuſiōe turba/
ta effugeret. Hoc aūt nō ob aliud ē credē
dū. niſi q̄a lacbryme famuli tui auunculi
eiꝰ huiuſcemodi apud te obtiuere locū: vt
ex īpoſſibilibus poſſibilia facere dignare
ris. Proferēs itaq̄ȝ ſāctꝰ vir ſolidū quē at
tulerat ſtabulario dedit: dixitq̄ȝ ei. Fac
nobis q̄ſo amice optimā cenā. vt cum hac
puella epulari poſſimꝰ: lōgi nāq̄ȝ itineris
ex īteruallo amore eiꝰ adueni. O ꝟa ſapiē
tia. ſ̄m deū: o vere ītellectꝰ ſpiritalis. o ue
ra ꝑdicāda ſalutis diſcretio. q̄nquaginta
ānis abſtinētie ſue nequaq̄ȝ panē guſtaue
rat: nūc carnes ſine heſitatiōe vt ſaluaret
aīam ꝑditā māducauit. Sāctoꝝ āgeloruȝ
choros ſuꝑ diſcretiōe beati huiꝰ miratos
eē nō dubito: quō idubitāter ꝓ ſalute cū/
cta ꝑfecerit. Uenite igit̄ fratres ⁊ admi/
ramini. ſuꝑ hac p̄tia ſāctiſſimi viri. ⁊ diſci
te abſtinētie ꝟtutē diſcernere. vt ex ore
draconis abſorptā aīam ſic liberare poſſi
tis. Igit̄ poſtq̄ȝ epulati ſūt: ꝓuocabat euȝ

puella vt ī cubiculū itroirēt. At ille: eamꝰ
inq̄t. Cūq̄ȝ itroiſſēt. cernit lectū ī ſublime
ſtratū ī q̄ ſtati reſedit alacriter. Quō te ap
pellē ꝑfectiſſime athleta xp̄i: vehemēter
ignoro. Cōtinētē te aſſerā. an icōtinētē?
Sapiētē an iſipiētē. diſcretorē ac īdiſcre/
torē? Quiquagīta ānos ꝯuerſatiōis tue:
ſuꝑ humi ſpaciū cubitaueras: ⁊ quō ſuꝑ
huiuſcemōi lectū ꝯſtanter aſcēdis? Sed
hec vniuerſa feciſti ⁊ māſionū iter lōgiſſi/
mū arripiēdo. ⁊ carnes comedēdo. ⁊ vinū
bibēdo ⁊ ī ſtabulū diuertēdo: vt ſaluares
aīaȝ ꝑditā. ad laudē ⁊ gl̄iā xp̄i. Nos auteȝ
ſi ſaltē ꝟbū vtilitatis loq̄ cū ꝓximo volu
mꝰ: cūcta iportune diſcernimꝰ. Sedente
eo itaq̄ȝ ſuꝑ lectū: ait puella. veni dñe vt
calciamenta de pedibꝰ tuis auferā. At ille
ait ad eā. Obſera inq̄t hoſtiū diligenter.
volebat ꝟo puella ꝑmo diſcalciare eū: ſȝ
cū ille ñ pateret̄. obſeratis oſtiis veit ad
eū. cui ſenior. Dña igit̄ maria: appropiqua
mihi. cūq̄ȝ appropiq̄ſſȝ tenuit firmit̄ manū
eiꝰ: q̄ſi q̄ putaret̄ oſclari eā. Aufert q̄ȝ cala
māchū. i. pileū a capite ſuo: ⁊ erūpēs vocē ī
fletū ait ad eā. Filia mea Maria. nō me
agnoſcis? Nōne ego ſū q̄ te nutriui? q̄d ti
bi factū ē o filia mea? Quis te interfecit?
Ubi ē ille hitꝰ āgelicꝰ quē hēbat filia mea?
Ubi ē ꝯtinētia. vbi fletꝰ. vigilie. vbi cōti/
nētie? A celſitudie celi ī hāc foueā quō d
uoluta es filia mea? cur q̄ñ peccaſti. ñ mi
bi īdicaſti: ñ mihi ilico rettuliſti? et ego cer
te ꝓ te p̄niam agerē cū dilectiſſimo meo
Effrē. q̄re ſic feciſti? Aut q̄re me dſuiſti. ⁊
ī hāc moleſtiā ītolerabilē dduxiſti? Quis
eni ſine peccato ē. niſi ſolus deꝰ? cūq̄ȝ hec
aliaq̄ȝ mlta dixiſſet. tāq̄ȝ lapis imobilis ī
manibꝰ eiꝰ remāſit: timore parit̄ ⁊ ꝯfuſio
ne ſuppleta. Ruſus autē beatiſſimꝰ vir/
cū lacbrymis adiecit dicēs. Nō loq̄ris mi
hi o filia mea maria? nō loq̄ris mihi ps vi
ſcerū meoꝝ? Suꝑ me ſit ꝟ peccatū. ego ī
die iudicii ꝓ te reddā rōem dño: ego ꝓ pec
cato ꝟ ſatiſſaciā deo vſq̄ȝ ad mediū itaq̄ȝ
noctis: huiuſcemōi ꝟbis ꝯſolabat̄ eā. cūq̄ȝ
parūꝑ fiduciā ꝑcepiſſȝ. taliter flens ad
eū locuta ē. Nō valeo te igens ꝓpter con

fuſionẽ vult⁹ mei attẽdere. Et quõ poſſũ
orõnẽ deo ꝓfũdere. qñ ſic imũdiria ſceni
bui⁹ polluta ſũ: ꝛ ſact⁹ vir ad eã. ſuꝑ me in
gt ſit iiqtas tua o filia mea. ex manib⁹ me
is peccatũ hoc de⁹ regeat: ſolũmõ audi
me ꝛ veni eam⁹ i locũ nr̃m. Ecce eni cariſ
ſimus Effrẽ ꝓ te nimiũ dolet: cuiqȝ cã ſe/
dule dñm depcaſ. noli diffidere filia đ cle
mẽtia dñi: licet tua ſint peccata velut mõ
tes: ſȝ illi⁹ miſicordia oẽm ſupeminet crea
turã. Sicut legim⁹. acceſſit mlier imũda
ad mũdũ. ꝛ ñ eũ ignauit: ſȝ ab eo poti⁹ ipa
mũdata ẽ. lacbrymis pedes dñi lauit. ca/
pillꝭ exterſit. Si põt ſci illa pelag⁹ iflãma
re. pñt ꝛ peccata tua ei⁹ mũditiã ignare.
nõ ẽ nouũ cadere i luctamie: ſȝ malũ ẽ ia/
cere điectũ: Reuoca vñ extuleras pedeȝ
fortiter te cadẽte riſit inimic⁹: ſȝ fortiorẽ
te ſẽtiat reſurgẽtẽ. Miſere q̃ſo ſenectuti
mee. doleat tibi ꝓ caniciei mee labore ob
ſecro: ꝛ exurgẽs veni ad cellulã mecũ. no
li timere. lubricũ eni ẽ gen⁹ mortaliũ: ſȝ ſi/
cut. citi⁹ cadit. ſic iteꝝ veloci⁹ ꝑ đi adiuto
riũ ſurgit: q peccãtes ñ vult mori: ſȝ viue
re. Illa vͦo ait ad eũ. Si ſcis qꝛ pñiam age
re poſſũ. ꝛ ſatiſfactiõeȝ meã ſuſcipiat de⁹
ecce vt iubes: veniã. p̃cede ꝛ ego ſequar
ſãctitatẽ tuã. ꝛ exoſculor veſtigia tua: qꝛ
ſic ſuꝑ me doluiſti, vt ex voragie imũditie
bui⁹ educeres me. Et ponẽs caput ſuũ ad
pedes ei⁹: tota nocte flebat dicẽs. Quid
tibi dñe de⁹ me⁹ ꝓ oĩb⁹ his retribuã: Di
luclo aũt facto: ait ad eã. b Abrahã. Sur
ge filia. ꝛ eam⁹ hinc ad cellulã nr̃aȝ. Que
rñdẽs dixit ad eũ. Habeo hic modicũ auri
ꝛ aliqd veſtimẽtoꝝ. qd de his iubes fieri:
Rñdẽs aũt. b. Abrahã dixit. reliq̃ hic oĩa
hec: q ex pte maligni q̃ſita ſũt. Et ſurgẽtes
exiret ſtatiq̧ ponẽs eã ſuꝑ equũ trahebat
ꝑgẽs queãdmõȝ paſtoꝛ cũ iuenit ouẽ ꝑdi
tã. cũ gaudio ſuꝑ humeros ſuos tollit. ita
b. Abrahã gaudẽs i corde ſuo. iter cũ nep
te faciebat. Cũq̧ veiſſet ad ꝓpriũ locũ il
lã qdẽ vbi ipa fuerat i cella r̃cluſit: ipe vͦo
i cella exteriori pmãſit: Hec ita q̧ iduta
cilicio. i hũilitate cordis atqȝ oculoꝝ fleti
bus ꝑdurabat. vigiliis [illegible] atqȝ artiſſimis
abſtinẽtie laborib⁹ ſemetipſã ɔficiẽs: ꝛ cũ
modeſtia ꝛ q̃ete ad dñm ideſinẽter ꝓcla/
mãs. facin⁹ ꝓpriũ ſpe firmiſſia venie plã/
gebat: tã ſapiẽter iugiter obſecratiõib⁹ va
cãs. vt nullus q̧uis ſine viſcerib⁹ ñ ɔpun
geret: cũ voces fletus ei⁹ audiret. Quis
enim ſic imiſericors ẽ iuẽtus: q lamẽtãtẽ
eã agnoſcẽs: ipſe q̃ȝ ñ fleret: Aut qs đ ei⁹
vera cordis cõpũctiõe nõ egit gratias đo
nr̃o: Penitẽtia ſi qdẽ ei⁹. ſi noſtris ſuppli/
catõib⁹ ɔparet: oẽm menſurã doloris exce
dit. Sic eni ipenſi⁹ dominũ p̃cabaſ. vt ſibi
ignoſcereſ qđ geſſerat. vt etiã ſignũ. ſi ſuſ/
cepta fuiſſȝ ei⁹ penitẽtia: diuinit⁹ poſtula/
ret. Clemẽtiſſim⁹ itaqȝ de⁹: q neminẽ vult
ꝑire: ſȝ oẽs ad pñiam reuerti. ita ɔdignã ſa/
tiſfactõnẽ ei⁹ recepit: vt orõnib⁹ eius poſt
triẽnij plenitudinẽ. ſanitas plꝛimis redde
reſ. Impẽſi⁹ nãqȝ ad eã turba ppli ɔflue/
bat: q̃ ꝓ illoꝝ ſalute dñm efficaciter p̃ca/
baſ. b. aũt Abrahã poſtea decẽ ãnis i hac
vita ꝑdurauit. ꝛ cernẽs optimã pñiam. cõ
uerſiõemqȝ ei⁹ neptis deũ glꝛificauit. ſuꝑ
oĩb⁹: ac ſeptuageſimo vite ſue ãno q̃euit i
pace. Beata aũt Maria q̃nq̃gita ſue cõ/
uerſiõis ãnos: cũ magna đuotiõe ac hũili/
tate cordis. ꝛ caritate erga deũ ꝛ ꝓximũ.
ſincera iſtitutiõe ſpiritalꝛ cõpleuit: ꝛ ita
migꝛauit ad dñȝ. Finit uita ſci abrahe heꝛite
Incipit ꝓlog⁹ i vitã ſci pachomij abbatis

Domine venerãde ꝛ i xp̃o q̧ magnificentiſſie
Dyoniſius exigu⁹. pio uenerationiſ
vr̃e ꝓpoſito. q̃ potui facultate rñdi. ſ. pa/
chomij vitã. ſic̃ i greco ẽ repta: fide tnſla/
toris euoluẽs i q̃ re cũ diu memorãtẽ vr̃a
cõpuliſſȝ auctoritas. itegrũ ñ erat: vt qui
q̃rẽs iã ſpõſiõis extiterã ꝓmiſſa ñ đferre:
pſerti vobis q votũ potiuſq̧ vires attẽde
re ɔſueuiſtis. plꝛa nãqȝ ꝓ xp̃i grã rlegãda
atqȝ imitãda ꝑagẽtes iſtituta ɔgnoſcere.
q̃ten⁹ eoꝝ ſtudiis facta ꝓpria cõponẽtes
futuris ſeclis documẽtũ diuini muneris
ſinglꝛare pſtetis. Fatemini q̧ppe maximã
vos opã dare vtutib⁹. q̃s diligitis i ɔuer/
ſatiõe ſcõꝝ: qb⁹ etiã illuſtriũ opm q̃litate
coherctis: qꝛ vtutẽ nullus amat niſi q ſe
q̃ꝛ. ꝛ ſilitudo moꝝ magnũ ꝓfert ɔiũctiõis
i diciũ. ſicut ecõtrario vita diſpar grãdis



ꝛ i ipa ſãguis affitate diſcordia. ſicut freq̃n
ter iter ꝓpinq̃s feralia ſuccedũt odia: ſic
iurgia naſcũt ifẽſa: ſic vſqȝ ad ſãginẽ ſeuit
iexplebilis ꝛ ceca militia. dũ bonis inidẽt
mali: liberalib⁹ cupidi: q̃etis turbulẽti: ſtu
dioſis iertes: pacificis iplacabiles trãquil/
lis imites: modeſtis temerarij: ſapiẽtibus
ſtulti: ſimplicib⁹ callidi: mitiſſimis q̃ȝ furio/
ſi. Sȝ melj⁹ hoꝝ mores aplꝛica tuba redar/
guit. Nã cũ nouiſſimoꝝ ꝑicula tẽpoꝝ gen
tiũ doctoꝛ exprimeret itulit dicẽs. Erũt. n.
hoĩes ſeipos amãtes: cupidi elati ſuperbi:
blaſphemi: parẽtib⁹ nõ obediẽtes: igrati:
ſceleſti: ſine affectõe: ſine pace: criminato/
res: icõtinẽtes: imites: ſine benignitate: ꝓ
ditores: ꝓterui: tumidi: voluptatũ amato/
res magiſq̧ dei. Hic btiſſimis Paulus q̃
ſupius defeurũt: ꝓtulit: ꝛ mira breuitate
collegit. oñdẽs eos ideo tales foꝛe: qꝛ vo/
luptatũ amatoꝛes exiſterẽt: ꝛ qꝛ vitioſiſſi
mis ſe cupiditatib⁹ ſubiugarẽt. Hinc eniȝ
mala cũcta ꝑueniũt: dũ đs cõtẽpniſ: volu
ptates amãtur. Per has diabolus allicit
vt decipiat: đlectat vt fallat: blãdiſ vt ꝑi/
mat: ꝛ ne futura p̃ſentib⁹: celeſtia terrenis
eťna breuib⁹ ãt ponãſ: iſiſtit. Voluptatũ i/
gt amatoꝛes magiſq̧ dei: hñtes ſpeciẽ q̃dẽ
pietatis: vtutẽ aũt ei⁹ abnegãtes: h̃ ẽ tãtũ
noie videtur [redacted]xpiani nõ op[redacted] etiam
velut iterioꝛes [redacted] exteriorib⁹ ſe/
uiũt: ꝛ i ecclꝛia ɔſtituti pia ecclꝛie mẽbꝛa di
ſcerpũt. Quos aplꝛs nos ꝓtin⁹ vitare p̃ce
pit vt ab eoꝝ ſocietate: nõ tã locoꝝ q̧ moꝝ
diſſimilitudie diuidamur. Nec videaſ cui/
q̧ mirꝝ q̧ hui⁹modi peſtes iuſtis hoĩb⁹ ad/
uerſenſ: qñ pleni dolis: pleni fallatijs: ſibi
quoqȝ nõ parcãt: ꝛ ſecũ ipi plerũqȝ diſſen
tiãt. Tales expertus vir btũs atqȝ glorio/
ſus genitoꝛ dñs meus nõ ſolũ patienter ac
foꝛtiter: ſed etiã felicẽ finẽ ꝓ veritate que
xp̃s eſt: cõſtãter atq̧ ſublimiter ſuſcepit:
atq̧ totius mũdi aduerſa ſuperauit. Cuius
perfectã vite regulã: ſanctoꝝ meritis pꝛo/
ꝑemodũ cõſumatẽ: nimis ex aperto pefe/
ctoꝝ viroꝝ dicto: atq̧ facũda oratione ꝑ/
ſcribi: vt tãta claritudo veſtri generis: tã/
tũq̧ decus ex aliqua naſcaſ parte: ꝛ vtus
ammirãda viris vix antiq̃s effabilis: q̃ fa/
uente xp̃o a nobis hereditario iure ꝑficiſ:
lectõis officio poſteris itimeſ. Finit ꝓlog⁹
Incipit vita ſancti Pachomij abbatis:

Dominus nr̃ ih̃s xp̃s ſapie fõs ꝛ ſcie veꝝ lumẽ vbũ
qȝ đi pr̃is: ꝑ qđ fcã ſũt oĩa humanã
fragilitatẽ ad pctã ꝓnã atqȝ p̃cipitẽ. rele/
uare volẽs plura circa nos remedia ſue pie
tatis oñdit. Abrahã nãq̧ pr̃ nr̃: cũ diuinis
iuſſionib⁹ obtẽperãs filiũ ſuũ offerret i ſa/
crificio placuit đo: ꝛ merito fide: moꝝ ꝛ he/
redẽ accepit ꝛ meritũ. Cui etiã ꝑ ſemetipſȝ
đs iurauit dicẽs Niſi bñdicẽs bñdixero te
mltiplicãs mltiplicabo te ſicꝛ ſtellas celi mlꝛ
titudie: ꝛ ſicꝛ harenã q̃ ẽ ad hoꝛã maris inu/
merabilis. Et iteꝝ: In ſemie tuo bñdiceñ
oẽs gẽtes t̃re: De q̃ ſemie mãifeſte nos edo
cet aplꝛs dicẽs. Nõ diꝛ ꝛ ſemib⁹ q̃i i mltis:
ſȝ q̃i i vno: ꝛ ſemi tuo q ẽ xp̃s. Oẽs etiã ſci
ꝓphe: tãte ſalutis archanũ ꝛuelãte ſcõ ſpũ
ꝓuidẽtes: ſciẽteſq̧ deũ nullo mõ poſſe mẽ
tiri: ad ſanãdoſq̧ lãguoꝛes nr̃os ꝛ celeſtem
medicũ nũciabãt eẽ vẽturꝝ: atqȝ vt celeri
pñtia ſua ꝓſpiceret hũano gñi: ɔtinua ſup/
plicatõe poſcebãt. At miſicoꝛs đs: q pia vo
ta ſẽꝑ attẽdit: nec vnq̧ đſerit eos q ſe toto
coꝛde q̃ſierit ꝓmiſſiões ſuas nouiſſimiſ die
h⁹ ipleuit mittẽs filiũ ſuũ natũ ex mlꝛiere:
fcm̃ ſb lege q ꝑ ſimilitudie moꝛtalitatiſ nr̃e
car ne pateret: eũq̧ q hẽbat moꝛtis iperiũ
ſua moꝛte đſtruẽt Deiqȝ diuinitate ſua ma
nẽs ipaſſibilis: a coꝛruptõe atqȝ đ iteritu
nos redemit: ꝛ a vinclꝛis abſoluit iſolubilib⁹
iferoꝝ: ꝑfectaqȝ diſpẽſatõe nr̃e redẽptõis
oĩb⁹ gẽtib⁹ lauacꝝ regñatõis pctõꝝ idul/
gẽtiã ɔtulit: cũctoſqȝ ad verã fidẽ ꝑ doctri
nã aplꝛicã ɔfluẽtes: iuxta illđ qđ i euãgelio
ait: eũtes docete oẽs gẽtes: baptizãteſ eoſ
i noie pr̃is: ꝛ filii ꝛ ſpũ ſci gremie ifinite pi
etatis ſue ãplex⁹ ẽ. Igiſ cũ ꝑ vniuerſã t̃rã:
euãgelii p̃conia choruſcarẽt: ꝛ plꝛes i ado
ptionẽ filioꝝ ꝑ grãȝ xp̃i ɔcurrerẽt. inimic⁹
hũani gñis vehemẽſ exarſit: mltoqȝ ſeue
rioꝛa tẽptationũ ꝑlia q̧ pri⁹ i ſuos đi exci
tauerat viſus ẽ ɔmouere ſuſpicaſ ifelix: q̧
poſſet nob iſ idulgẽtie celeſtis obſtruere
Sȝ hac ipa itẽtõe ſua đcept⁹ ẽ: ꝛ eliſus. Ad
iutoꝛio nãqȝ diuini mũeris: a fidelib⁹ ꝛ v
gilãtib⁹ vires ei⁹ ꝛ iſidie ꝓſternũt: vt ipi q
dẽ ɔſu ſio fam lꝛis ãt xp̃i ꝑẽnis glꝛia ɔpar

Nā iuxta dñi ꝓmiſſionē cū examē patiētie
ac fidei eoꝝ q̄ ſpūalia bella prudēꝛ exercēt
pagani īperatores exiſterēt: ⁊ vbiq̄ꝫ cōtra
xp̄ianos pſecutōis ꝓcelle deſeuirēt: multi
apd̓ egyptū martyres ſcī ꝑ varia ſupplicia
vſq̄ꝫ ad mortē ī xp̄i noīe pſſiterūt: ⁊ ſimꝉ cū
petro alexandrie vrbis ep̄o ꝑpetuas coro
nas ⁊ īmortalia p̄mia ſūt adepti. Creſcebat
aūt īdies fideliū mꝉtitudo: ⁊ ꝑ oīa loca mi/
rabiliter augebaꝛ: necnō ecclīe: q̄ꝫ plurime
martyꝝ memorie ꝯſtruebātur īpēſius: mo
naſteria quoq̄ꝫ frequētiſſima eoꝝ q̄ ꝯtinē
tie ſtudētes renūciauerūt ſeclo: ſolitudinis
ipſi⁹ ſecreta decorabāt. Hi nāq̄ꝫ q̄ de gēti/
bus ī xp̄ꝫ crediderūt: ꝯſiderātes martyrū
paſſiones. eorūq̄ꝫ ſinceꝝ circa xp̄ꝫ ꝯfeſſio/
nis affectū: ceperūt ⁊ ipi gr̄a dñi ſcōꝝ vitā
ꝯuerſationēq̄ꝫ ſectari: ⁊ hui⁹ īſtitutōis eē:
vt etiā his illud aptareꝛ apl̄i. Circuierūt ī
melotis: ⁊ ī pellib⁹ caprinis: egētes. āguſti/
ati: afflicti q̄b⁹ nō erat dign⁹ mūdus: ī ſoli/
tudinib⁹ errātes: ⁊ mōtib⁹ ⁊ ſpelūcis: ⁊ ī ca
uernis t̄re. Quietē deniq̄ꝫ ſolitudis appe/
tētes: gaudiū ꝓprie ſalutis ac fidei: diuino
munere ſūt ꝯſecuti: ceteriſq̄ꝫ moꝝ exēpla
ſublimioris vite: ſacratiōiſq̄ꝫ p̄buerūt. Qui
b⁹ eni t̄renis exuti negociis: adhuc morā/
tes ī corpore: angeloꝝ emulati ſūt ſcītate꙽
ꝑ quā faſtigia ſcādētes celſa virtutū: vltra
ammonitionē enituere mortaliū: ita vt ī
nullo ꝓrſus antiq̄ſſimis p̄rib⁹ īferiores exi
ſterēt: eq̄parātes etiā illoꝝ merita: q̄ ꝓ xp̄i
ih̄u dñi nr̄i noīe certauerūt vſq̄ꝫ ad effuſio
nē ſāguinis: īuiſibiliū hoſtiū molimina de/
ſtruētes: d̓ q̄b⁹ ait apl̄s. Nō ē nob colluctа
tio aduerſus carnē ⁊ ſāguinē: ſꝫ ⁊ aduerſus
pricipes ⁊ ptātes ꝯ mūdi rectores tenebra
rū haꝝ: ꝯ ſpiritalia neq̄cie ī celeſtib⁹. Quo
rū mꝉtiformes p̄cauētes īcurſus: ⁊ caput
ſerpētis antiq̄ fortiter ꝯterētes: ſēpiternis
p̄mijs ſūt potiti: d̓ q̄b⁹ ſcriptū ē. Qd̓ oclꝰs
nō vidit nec auris audiuit: nec ī cor hoīs:
aſcēdit q̄ p̄parauit d̓s diligētib⁹ ſe. Quō
ꝫ pe monachoꝝ monaſteria eſſe ceperunt.

# Rat per idem tem

pus bti Antonii vita cūctis admi
rādū p̄clara ꝓpoſita: q̄ magni Helie atq̄ꝫ
Heliſei: necnō ⁊ ſcī Joānis baptiſte emu/
lator exiſtēs: ſecreta īterioris heremi ſtu/
dio ſectat⁹ ē ſingulari: vitāq̄ꝫ celeſtiū ī ter/
ris geſſit amore v̓tutis. Cui⁹ ſcūs Athana
ſius alexādrie ciuitatis antiſtes: ꝓprio ſti/
lo teſtimoniū p̄buit: dign⁹ ſane relator cō/
uerſatōis Antonii: q̄ iuxta ſupplicationem
fratꝝ: vitā ei⁹ ꝓ mꝉtoꝝ ꝯmoditate pſcribe
ret: ⁊ emulādū viris ſpiritalib⁹ exhiberet
In quo ope ſcī quoq̄ꝫ Ammon meminit: a
quo ꝑ dei gr̄aꝫ primū poſita ſūt fūdamēta
necnō ⁊ Theodoꝝ ſcm̄ admodū viꝝ: q̄ cū
ſene p̄fato fuerat: idē nobis pōtifex īdica/
uit: quē ſingulari ac pfecto ꝓpoſito: ⁊ fide
nō ficta deo ſubditū multiplicia retulit dia
boli machinamēta ſuꝑaſſe. Igiꝛ vbiq̄ꝫ di/
uina gr̄a copioſe diffuſa: illud qd̓ ī pſalmis
ſcriptū canit: d̓clarauit expletū. Viſitaſti
terrā ⁊ īebriaſti eā: mꝉtiplicaſti locupletare
eā. Nā ꝓ triſtitia ⁊ gemitu gaudiū ꝓue/
nit ⁊ leticia: ⁊ ꝓ ſollicitudine atq̄ꝫ miſeria:
felicitas atq̄ꝫ ſecuritas ſucceſſit. Hinc ita/
q̄ꝫ p̄res monachoꝝ: viri mirabiles ī vni/
uerſis ꝓpemodū regionib⁹ extiterūt: quo
rū noīa ī libro viuētium ꝓbātur aſcripta:
Pauciſſimi ſane tūc adhuc ꝑ egyptū ⁊ the
baidē monachi eſſe ferebātur. Poſt pſecu
tionē nāq̄ꝫ Diocletiani ⁊ Maximiani cru
deliū pricipū plenitudo gētiū ītrauit ſicut
diuinit⁹ p̄ordinatū ē: ⁊ fecūditas ecclīe fru
ct⁹ ampliſſimos cepit exhibere ſcīs ep̄is iu
xta doctrinā tūc aplīcā: iter fidei ſincera
quoq̄ꝫ ꝯuerſatione monſtrantibus. Qꝫ
Pachomius chriſtianitatem eſt adeptus.

# Er idem tempus

Pachomi⁹ q̄dā ſꝫ ritū ac traditio
nē parētū gētilis: apd̓ Thebaidē ꝯmanēs
diuina gr̄a gubernāte xp̄ian⁹ effect⁹ eſt.
Hic ab adoleſcētia ſua: p̄cipuā frugalita/
tis diciꝛ arripuiſſe v̓tutē. Idcirco aūt ꝓ
glīa xp̄i q̄ nos d̓ tenebris vocauit ad lucē
⁊ ꝓ vtilitate eoꝝ q̄ iſta lecturi ſūt: ſtricti cō
uerſationē ei⁹ q̄ fuerit a puulo: refero: q꞉ a
tāta pfectōe ei⁹ initia quoq̄ꝫ nō diſcrepāt.
Pachomius adhuc puer idola deſtruxit.



# Ic enim cum

adhuc pu
er cēt. cū
ꝑentibus ſuis ad ſimulacꝝ quod/
dā d̓monis ſuꝑ ripā Nyli fluminis colloca
tū. tanq̄ꝫ victias oblatur⁹ aduenit. Cūq̄ꝫ
ſacerdos īpuriſſim⁹ ſacrilega ſolito cele/
brare voluiſſet p̄ntia Pachomij: d̓monis
ꝓrſus euanuere p̄ſtigia. Cū diu multūq̄ꝫ
idē ſacerdos heſitās ī modū ſimulacri qd̓
colebat: māſit īmobilis: vehemēter ammi
rās. cur ſolita d̓mones rn̄ſa n̄ redderēt. tā
dēq̄ꝫ īmundo ſpū reuelāte. cognouit pueri
Pachomij cauſa: īſolita ꝓueniſſe ſilētia:
atq̄ꝫ ī hec verba ꝓrupit attonit⁹. Quid ini
mic⁹ d̓oꝝ huc venit. ꝓcul hic eū ꝓcul pel
lite. ⁊ q̄ntoci⁹ amouete. Qd̓ cū pētes ei⁹
audiſſēt. eūq̄ꝫ ſuo cōſpexiſſēt ſeꝑari ꝯſor/
tio. merore magno repleti ſūt: eo p̄cipue
q̄ inimic⁹ d̓oꝝ tali fuiſſet ꝯteſtatōe d̓cla/
rat⁹. Ambigebāt ḡ ꝑentes ei⁹ q̄d de eo fie
ret: q꞉ ⁊ ātea cū paululū d̓guſtaſſet d̓ vino
libatōis demonū: ꝓtin⁹ euomuerat illud
Hec itaq̄ꝫ cū ſe viderēt n̄ poſſe diſcerne/
re. q̄euerūt. Inſtabat aūt vt egyptiacis in
bueretꝛ litteris. ⁊ ātiq̄ꝝ ſtudiis īformaretꝛ.
Qꝫ Pachomi⁹ ad militiam eſt raptus.

# Odem tempore

con
ſtan
tino poſt pſecutionē ī iperio ꝑdu/
rāte. ⁊ ꝯtra tyrānū gerēte p̄liū: p̄cepta re/
galia cucurrerūt. vt electiſſimi quiq̄ꝫ iu/
uenū ad tyrocinii militiā vbiq̄ꝫ tenerenꝛ: ī
ter q̄s ⁊ Pachomi⁹ ānos nat⁹ vigiti d̓tē/
t⁹ ē. vt ipe poſtea retulit. Cūq̄ꝫ naui fuiſſꝫ
īter alios ad ꝑegrina trāſuect⁹: ad ciuitatē
q̄ndā vēto vrgēte d̓lati ſūt. Ciues ḡ loci il
li⁹ vidētes tyrones arcti⁹ cuſtodiri. ⁊ q̄d il/
lis accidiſſꝫ edocti. pietate moti ſūt: ⁊ iu/
xta mādatū xp̄i. ſolatia maxio merore po
ſitis. ⁊ neceſſaria corꝑis attulerūt. Tunc
Pachomi⁹ aīaduertēs qd̓ ab eis factuꝫ
ē. ⁊ nimis āmirās. ab his q̄ ſimꝉ aderāt īq̄/
ſiuit. q̄ eēnt viri illi ſic erga miſericordiaꝫ
atq̄ꝫ hūilitatē ꝓmpti ac faciles. audiuitq̄ꝫ
xp̄ianos eē q̄ circa omēs: ⁊ maxie ꝑegrinā
tes: īpēderēt ꝓna liberalitatis officia. ſci/
ſcitabaꝛ aūt q̄d ipſa ſibi vellet appellatio
noīs xp̄iani: dictū ē ei. ⁊ hoīes eē pios ⁊ ue
re cultores religiōis. credētes ī noīe ih̄u
xp̄i filii dei vnigeniti: cūctiſq̄ꝫ ꝓ viribus
bn̄facietes: ⁊ ſpātes a d̓o retributiōeꝫ bo
noꝝ opuꝫ ī futura vita ꝑcipe. Hec audiēs
Pachomi⁹: corde ꝯpūct⁹ ē. ⁊ illuſtrat⁹ di
uino lumie. xp̄ianoꝝ mirat⁹ ē fidē: atq̄ꝫ di
uini timoris igne ſuccēſus. paululū p̄ntiū
ꝯſpectib⁹ ſeſe ſubt̄xit. ⁊ ad celū manus ele
uās ait. Omipotēs de⁹ q̄ feciſti celū ⁊ ter
rā. ſi reſpiciēs reſpexeris p̄cē meā. ⁊ ſacti
tui noīs verā ꝯtuleris pfectāq̄ꝫ noticiā. ab
hac me ꝯpede meroris exemeris: ſeruitio
tuo me tradā oīb⁹ dieb⁹ vite mee. ⁊ ſpre/
to ſeclo: iugiꝛ tibi adherebo. qui cū oraſſꝫ
ad ſuos reuerſus eſt comites: ⁊ die ſeq̄nti
d̓ ciuitate illa ꝓfecti ſūt. Cūq̄ꝫ diuerſa lo/
ca nauigio circuirēt. ſi q̄n Pachomiū vo
luptas corporis ⁊ mūdana titilaſſet ⁊ ille
cebroſa temptatio: ſtatī ei ſua aduerſabaꝛ
ſpōſio: memor q꞉ ſe dn̄o ſuituꝝ eē d̓uoue/
rat. Nā diuīa gr̄a ſuffragāte: iam ab ānis
puerilibus amator extiterat caſtitatis.
Qꝫ Pachomi⁹ ſacꝝ baptiſmum ſuſcepit.

# Situr Con

ſtātin⁹ īpera
tor pietate
ac fide q̄ xp̄o crediderat. victori/
am d̓ hoſtib⁹ conſecut⁹: tyrones iuſſit ab
ſolui. Sic Pachomi⁹ optata ſibi libertate
ꝯceſſa. ꝓtin⁹ ad thebaydis vlteriora pro/
grediꝛ. ⁊ īgreſſus ecclīā que ē ī vico. cui
nomē ē Cinoboſtiū. fit illico cathecumin⁹
⁊ poſt paululū gr̄aꝫ lauacri vitalis adipī
ſciꝛ. ⁊ ipſa nocte qua miſteriis ſacris ībut⁹
ē vidit ī ſōnis veluti rorē celit⁹ illapſū. ei⁹
repleſſe dexterā. ⁊ ī mellis creuiſſe pigue
dinē: audiuit q̄ꝫ vocē dicētē ſibi. cōſidera
Pachomi qd̓ geriꝛ: Eſt eni h̄ ſignū gr̄e:
q̄ tibi a xp̄o collata ē. Hic itaq̄ꝫ diuīo iſlā
mat⁹ affectu. ⁊ dilectōis ei⁹ iacculo ſalubri
vulnere ſauciatus: monachoꝝ ſe diſcipli/
nis atque inſtitutionibus ſubiugauit.
Qꝫ pachomi⁹ monach⁹ fieri deſiderauit.

# Udiuit

autē quēdā anocha
retā cui nomē erat
Palemō. ītra heremi ſecreta do
mino ſuiētē: ad quē ꝯfeſtī cū eo cupiēs ha

bitare prexit. ꝛ pulſās oſtiū cellule eiꝰ ꝑca
baſ igreſſū. cui ſenex aliquātulū patefaci
ens aditū dixit. Quid vis aut quē queris
Erat enī ſeuerꝰ aſpectu: eo ꝙ mlto tꝑe ſo
litariꝰ vitā rigide cōuerſatōis exegerat.
Rñdēs aūt pachomiꝰ ait. Deꝰ meꝰ miſit
me ad te. vt monachꝰ fiā. cui ſenior. ñ enī
potes hic igt monachꝰ fieri nō enī paruā
res agit: ſi veri monachi cōuerſatō caſta
pēſet. nā plures huc dudū veniētes. affe/
cti tedio: pſeuerātie nō tenuere ꝟtutē. Et
pachomiꝰ. nō ſūt eqles oīuʒ mores. ideo ꝑ
cor vt me digneris excipe: ꝛ ꝓceſſu tpis
tā volūtatē meā ꝙ̄ poſſibilitatē plenius
approbes. Et ſenior ait. Jā tibi ꝑfatꝰ ſuʒ
ꝙ hic fieri monachꝰ nullo mō poſſis. ꝑge
magis ad aliud mōaſteriū. ꝛ cū ibidē cōti/
nētie opā dederis: tūc ad me regredere.
teqʒ ſine mora ſuſcipiā. Uerūm aīaduer
tere qđ dico. Ego hic ſatis frugalr vi
uo Nā nimis ardua ꝛ duriſſima cōuerſa/
tōe me caſtigo. nullius rei cibo minime
vtēs niſi tātū panis ꝛ ſalis. Ab oleo aūt ꝛ
vino: ī totū ꝓrſus abſtineo. Uigilo dimidi
um noctis: qđ ſpaciū vł ī orōne ſolēni: vel
ī meditatōe diuine lectōis īſinuo. iterdū
q̊ʒ totā noctē duco ꝑuigilē. Hec aūt audi/
ens Pachomiꝰ expauit: vt ſolēt pueri ma
giſtroꝝ vereri ꝑntiā: ſʒ grā dñi roboratus
omnē laborē tolerare ꝓpoſuit: ſeniqʒ rñdit
Credo ī dño ihu xp̄o. ꝙ mihi fortitudineʒ
patiētiāqʒ ꝑſtabit: vt dignꝰ efficiar tuis
adiutꝰ ꝑcibꝰ. ī ſācta cōuerſatōe ꝑ oīa vite
mee curricła ꝑmanere. **Q heremita pa/
lemō đdit pachomio habitū monachi.**

**Tunc ſanctus** Palemon ſpūalibus
oculis ītuēs Pachomij fidē tādē
patefecit aditū: cūqʒ ſuſcipiēs hītu mona
chi ꝯſecrauit. Morabāť ğ ſimł: abſtinētie
atqʒ ꝑcibꝰ opā dātes. Texebāt q̊ʒ cilicia.
ꝛ laborabāt manibꝰ ſuis iuxta btm̄ aptłm
ñ tm̄ ꝓ ſua refectōis rege: ſʒ vt hērēt vñ
tribuerēt neceſſitatē patiētibꝰ. in vigilijs
etiā cū nocturnas orōnes celebrarēt. ſi qñ
ſenior vidiſſʒ ſōno Pachomiū ꝑmi ducēs
cū foras. harenā portare ꝑcipiebat đ loco
ad alteꝝ locū ꝛ tali exercitio mētē eiꝰ ğua
tā ſōni ꝑōdere ſubleuabat. īſtituēs ac for/
mās eū. vt ſolliciťꝰ eēt ī ꝑcibꝰ: dicēs ei. La
bora Pachomi ꝛ vigila. ne qñ: qđ abſit:
ab īcepto te ꝓpoſito moueat is ꝗ tētat te: ꝛ
ianis fiat labor noſter. Que cūcta pacho/
miꝰ obediēter ac ſollicite ſuſcipiēs: ꝛ īdies
ſācte ꝯtinētie ꝓfectibꝰ creſcēs: venerabi
lē ſenē nimis alacrē letūqʒ reddebat: ita
vt xp̄o ſemꝑ ꝓ ꝯuerſatiōe eiꝰ grās ageret
**De abſtinentia heremite pachomij.**

**Eridem** tēpꝰ ſanctiſſimus
dies paſchalis ad
uenerat ꝛ ait ad pachomiū. ſeni/
or. Qm̄ cunctoꝝ xp̄ianoꝝ vniuerſalis eſt
iſta ſolēnitas: nobis q̊ʒ para q̄ viui nr̄o ſūt
ꝯgrua. Tūc ille ꝓmptꝰ ad obtēperādū id
qđ ſibi ꝑceptū ē ipleuit: ꝛ ꝑter ſolitū pa/
r ūper accipiēs olei. cū ſalibꝰ tritis admiſ/
cuit. Lapſanas enī id ē agreſtia holera. ꝛ
herbas alias ꝑter oleū: cōſueuerāt edere.
Cū ğ prepaſſet: ait ad ſenē. Feci qđ tua
paternitas impauit cūqʒ poſt orōnē. b. pa
lemō acceſſiſſet ad mēſā. vidiſſʒqʒ oleū cū
ſalibꝰ apparatū: fricatis manibꝰ frontē: ꝛ
vbertim fūdens lachrymas ait. Dñs meꝰ
crucifixꝰ ē. ꝛ ego nūc oleū comedā? Cūqʒ
rogaret eū pachomiꝰ vt modicū qd ex eo
ꝑciperet: nullatenꝰ acqeuit. Tūc ꝓ more
ſal ꝛ panis ē allatꝰ: ꝛ ad mādūcādū ꝑiter
cōſederūt. Que ſenex crucis ſigno: ſicut
cōſueuerat: hñdicēs. cibū vterqʒ ſūpſe/
rūt dño grās: vt moris fuerat: hūiliť exhi
bētes. **De quodam monacho ſuperbo**

**Na uero** diex cū vigilātes
ſimul palemon ꝛ
pachomius accenderent ignem:
quidam frater ſuperueniēs apud eos ma
nere voluit. Qui cū ſuſceptꝰ eſſet: inter
verba: vt fieri ſolet: erupit ꝛ dixit. Si qs
fidelis ē ex vobis. ſtet ſuꝑ hos carbones
ignis: ꝛ orōeʒ dñicā ſēſim lateqʒ ꝓnūciet.
quē beatꝰ palemō itelligēs ſuꝑbie tumo/
re đceptū: cōmonuit dicēs. Deſine frater
ab hac īſania: nec tale qd vlteriꝰ loqris. ꝗ
correptōne ſenis non ꝓfecit ī melius: ſed
plus elatiōe mētis īflatꝰ ſuꝑ ignē ſtare ce
pit audacter. nullo ſibi penitꝰ īperāte: erat
q̊ʒ ꝯſpicere quō cooꝑante inimico humani
generis. ꝛ dño ꝑmittēte. nequaq̄ ꝑuſtꝰ fu
erit ignis attactu. Hoc ipm̄ ꝟo qđ geſſit
īꝑune. ad augmētū ꝓfecit eiꝰ īſanie: ꝭʒ qđ
ſcriptū eſt. Ad ꝑuos ꝑuas vias mittit dñs.
Hoc itaqʒ cū fuiſſet factū. poſtera die idē
frater mature ꝓficiſcens: ac velut expro/
brātis eis aiebat. Ubi eſt fides vr̄a? Poſt
nō multū ꝟo tpis cernēs diabolus eū ſibi
ꝑ oīa mācipatū: ꝛ facile ad q̄ vellet facino
ra eū poſſe ꝯpellere: trāſfigurauit ſe ī mu/
liereʒ pulchrā. ſplendidis veſtibꝰ adornatā
ꝛ cepit oſtiū celle eiꝰ vehementer extūde
re. Qui cū apuiſſet: ait ei diabolus ī habi
tu mulieris īmutatꝰ. Obſecro te qꝛ nimis
creditoribꝰ vrgeor. ꝛ metuo ne me aliqua
ꝑicula cōꝑhendāt: recipias ī tuā cellulā:
qm̄ debitū ſoluere neq̄o. q̄tenus ꝑ te ſalua
facta grās referā. Dñs enīʒ me direxit ad
te. Qui cecitate mentis penitus obſcura/
tus. nec valens diſcernere. qui eſſet. ꝗ ſibi
talia loq̄ret: diabolū miſ in ſuū recepit exi
tiū Tūc hoſtis nr̄e ſalē. vidēs eū ad omne
ſcelus eſſe ꝑcipitē: īmiſit ei turpē cogitatio
nē. Qui mox ceſſit inimici ſuggeſtiōibus: ꝛ
eiꝰ q̄ſi muliebres petiuit āplexus. Quē ſpi
ritꝰ īmūdꝰ īuadēs eliſit atrociť. ꝛ reuolu/
tꝰ ſuꝑ pauimētū veluti mortuꝰ diu multū
qʒ ꝑmāſit. Poſt aliquātos aūt dies tādē in
ſe reuerſus. ꝛ đmētie ꝓprie ꝟo penitēs. ad
ſcm̄ palemoneʒ venit: ꝛ cum magno fletu
qđ ſibi accidiſſet: expoſuit: vociferās ꝛ di/
cēs. Agnoſce pr̄ agnoſce: ꝙ ego cauſa ꝑdi
tiōis mee extitā. Hñ enī me cōmonere di/
gnatꝰ es: ſʒ ego īfelix ꝗ te audire contēpſi.
Quapropter obſecro vt me ſcīs orationibꝰ
tuis adiuuare digneris: ne ſub īgenti ꝑicu
lo ꝯſtitutū diſcerpat inimicꝰ ꝛ ꝑimat. Cū/
que iſta cū lachrymis ꝛ fletibꝰ ꝑſeq̄reť ꝛ ſā
ctus palemō hūiſqʒ pachomiꝰ lachrymas
ꝓ eo funderent ꝯpatientes: ſubito corre/
ptus ab īmūdo ſpiritu. đ ꝯſpectu eoꝝ pro/
ſilijt. ꝛ ꝑ deſerta diſcurrens agebať īfrenis.
Peruenit aūt ad ciuitatē panos noīe. ac
deīceps ī fornace balnei ꝑ amētiaʒ. ſeſe ꝑ/
cipitās īcendio ꝓtinꝰ īterijt. Quō pacho
miꝰ manꝰ ſuas lauabat ī ſanguine peccōris

**Ecaudiens** videnſqʒ pa/
chomius: ma
gis ac magis īcubuit abſtinentie
tenere mēſurā: ꝛ cū ī oībꝰ tunc maxime in
orationibꝰ animuʒ ſuare ꝑuigileʒ. iuxta il
lud quod ſcriptū ē. oī cuſtodia ſua cor tuū.
intātum eū ſenex imitareť attonitꝰ. qꝛ nō
ſolū ꝯſuetā abſtinētie regulā alacer extri
ſecꝰ adīplebat: ſʒ etiā itriſecꝰ ꝯſciaʒ ſuā iux
ta celeſtiū formā ſtudebat exhibere puriſſi
mā. ſic̄ htūs apłs dicit. glia nr̄a hec ē: teſti
moniū ꝯſcie nr̄e: certꝰ ex ħ magis ſibi ī ce/
leſtibꝰ pari mercedē. Nā cū diuinas ſcriptu
ras legeret. memorieqʒ mādaret. nō id paſ
ſīʒ negligēterqʒ faciebat: ſʒ vnūquodqʒ ꝑ/
ceptū ſolerť examinās: ac pia monita ꝑtre
ctās. ſtudebat ī dies ope ꝑficere: q̄ memo
ria retētabat. Precipue vero hūilitatis ac
patie munere vtebať: ꝛ erga deū ꝓximū
qʒ puriſſima dilectiōe ꝑ mlťis nitebať ex/
cellere. Hec aūt aliaqʒ eiꝰ clara didicimꝰ
a ſcīs hoībꝰ đi ꝗ ſimul cū eo mlťo tꝑe ſunt
morati: qbꝰ ēt vite ſpūalis exēpla ꝯtuler at
ꝑꝰ lectionē diuīe legis. ea q̄ ad edificatio
nē aīaꝝ ꝑtinēt diligēt. Que cū mlťa ſint: ꝛ
vires nr̄e ꝑuitatis excedāt. nō omnia ꝑnti
ſtilo perſcripſimus. Nō eniʒ ſumus idonei
tanti viri merita: eloquio pari depromere
**Q ſecretiora heremi pachomius expetijt.**

**Bitur** pachomius. erga loca
mōtis. vbi ſcī morabā
tur: plena ſpinis nudis pedibꝰ īce
debat: ꝛ cū īfigereť ei plurime letabať pa/
tiēter. ac fortiť ferēs recolēs ꝙ dñs nr̄ in
cruce clauis fuerit dignāť affixꝰ Diligebat
aūt anachoreſiʒ plurimū. freq̄nť expetens
ſolitudinē. ꝛ illic diu ī oratiōe ꝑſiſtēs dño
ſupplicabat: vt tam ſe q̄ʒ hoīes oēs ab vni
uerſis inimici fraudibꝰ clemēter eriperet.
**Q vox de celo lapſa eſt ad pachomium.**

**Quodā uero tempo**
re contigit. vt pachomius procul
a cella ſua progreſſus. veniret ad quen/
daʒ vicum cui nomen eſt Tabennenſis: in
quo tunc nullus penitus habitator exiſte/

bat. Ubi cū ꝓ amore diuī⁹ i oratiōib⁹ per
duraret. vox ad cū celit⁹ dclata ē dicens.
Mane iſtic o Pachomi: ⁊ mōaſteriū con
ſtrue. Uēturi ſūt nāqꝫ ad te ꝗꝫ plurimi. tua
cupiētes īſtitutiōe ꝑficere: qb⁹ ducatū pre
ſtabis. iuxta regulā quā monſtrauero tibi.
Et ꝓtin⁹ apparuit āgelus dñi ꝯferēs ei ta
bulā: i q̄ erat oīs forma īſtitutiōis aſcripta
q̄ docēdi forēt ꝗcūqꝫ ad ei⁹ magiſterii ſtu/
dia ꝑueniſſent. Quā regulā Tabennēſes
hodieqꝫ cuſtodiūt eodē cibo ſemꝑ vtētes ⁊
habitu. ipſā q̄ꝫ diſciplinā ſollicita circunſpe
ctiōe ſeruātes. Nā mōachi q ibidē cōma/
nēt. nō ſolū more: ſ ⁊ robore corꝑis ⁊ loco/
rū ſitu ꝑ ceteris lōge diuerſi ſūt. ⁊ neceſſe
ē eos diuerſā regulā cuſtodire. Hāc ꝰ vo/
cē Pachomi⁹ mētis ſinceritate diſcernēs
quā illi diuina grā ⁊ merita vite cōtulerūt
agnouit ad ſe celit⁹ delatā. regulaſqꝫ valde
mirabiles approbauit. Tunc reuerſus ad
venerabilē ſenē retulit quēadmodū voce
ſit diuina ꝯmonit⁹. obſecrās: vt ſecū ꝑiter
veniret ad locū. q̊ poſſet dñi mādata exple
re. Qui nolēs eū i aliquo cōtriſtare. vtpo
te cariſſimū filiū. ꝑcib⁹ ei⁹ ilico paruit: atq̄ꝫ
ad ꝑfatā villā cū eo ꝑuenit. modicāque ibi
cellulā ꝯſtruētes: letabāt i dño ꝓmiſſionū
ei⁹ bñficia ꝑſtolātes. Poſt aliquātulū ꝟo
tp̄is ait Palemō ad Pachomiū. Quā cer/
no grāꝫ tibi a deo eſſe collatā. ⁊ deinceps
iſtic ꝑmanere diſponis: veni ſtatuam⁹ īter
nos pactū. vt n̄ diuidamur abīuicē. ſed ꝗꝫ
diu i hac luce ꝟſamur. viſitatiōe nos ꝯſole
mur aſſidua. Utriqꝫ placuit hec pactio quā
oī tempore vite ſue taꝫ beatus ſenex ꝗꝫ ſā
ctus pachomius ſollicitius ſunt executi.

De obitu ſancti palemonis heremite.

Iter hec venerabilis ideꝫ palemon. dolore plen⁹. q ex nimia ꝯtinētia illi ꝓue
nerat: toto corꝑe graui cepit egritudinis i/
cōmodo laborare. Nā ſumebat eſcā potu
ſcp̄i⁹ abſtinēs. itē ſolūmodo bibebat. nihil
cibi ꝑcipiēs. Rogat⁹ ab aliqb⁹ fratrib⁹ q ad
eū grā viſitatiōis aduenerāt ne penit⁹ cor
pus ꝯbile frāgeret: tādeꝫ ceſſit oratiōibus
eoꝝ. vt victu cōgruo attenuata mēbra re
foueret. Sꝫ nō hoc diutius ꝑtulit. Nā gra
uiores ſolito dolores expt⁹ relicta ciboꝝ i
ſolētia: ad āntiquū victū ſine dilatiōe reuer
tit̄ dicēs. Si martyres xp̄i alii ꝑ fruſta la/
cerati. alii capite ceſi. nōnulli etiā ignibus
ſūt cremati. ⁊ tñ vſqꝫ ad finē fortit̄ ꝓ fide
tolerauerūt: cur ego patiētie ꝑmia ꝑuis ce
dēs dolorib⁹ īpatiēt̄ abiciā. ⁊ ꝯſiderio vi/
te ꝑntis. afflictiōes momētaneas inanit̄ ex
pauēſcā? Deniqꝫ ſuadētib⁹ acq̄eui cibos in
ſolitos ſumere: q mihi dolores auxerūt po
tiuſqꝫ vllā requieꝫ ꝑſtiterūt. Recurrā igit̄ ad
ꝑſtina remedia. ⁊ ꝯtinētie ſubſidia n̄ relin/
quā: i qb⁹ ē vt ego cert⁹ ſū. oīs requies ⁊ ꝟa
leticia. Nō eni ꝓpt̄ hoīes hec arma ſuſcepi
ſꝫ ob amorē xp̄i hiſ certare ꝓpoſui: Sic itaqꝫ
virilit̄ agēs int̄ mēſē dieꝝ valido lāguo
re ꝯſūpt⁹ ē: Ad quē pachomi⁹ veniēs foue
bat eū vt pr̄eꝫ ꝯoſculās pedes ei⁹ atqꝫ ꝯple
ctēs: ⁊ veluti valefaciēs: ſic ei videbat̄ affa
ri. Uenerabilis aūt ſenex. oī ꝟtutū grā cu
mulat⁹. ⁊ plen⁹ dieꝝ: ſicut ſcriptū ē q̄uit i pa
ce. Tūc ſcūs pachomi⁹ corꝑ⁹ ei⁹ ſepeliuit.
cuius anima ſuſcepta choris angelicis ad
celos euecta eſt.

Qr ſimul conuerſa/
bantur pachomius ⁊ frater eius Joannes

Uo peracto pachomi⁹ ad propriū di
uerſoriū reuertit̄. Et non poſt mꝉ
tū tp̄is. german⁹ ei⁹ Joānes noīe: cūcta ꝯ
illo cōpiēs venit ad eū. Queꝫ cū vidiſſꝫ ga
uiſus ē plurimū. nā ex q̊ baptizatus in xp̄ꝫ
crediderat. ⁊ ſolitariā vitā elegerat: nullū
ſuoꝝ viderat ꝓpiquoꝝ. Igit̄ Joānes vt ve
re pachomii frater. imitator ei⁹ effect⁹. cū
eo ꝑmāſit: vnū hñtes idē qꝫ ꝓpoſitū: eūdeꝫ
qꝫ circa deū dilectiōis affectū. Et qꝛ i lege
dī dieb⁹ meditabāt̄ ac noctib⁹ nullis terre
noꝝ negotioꝝ curis aīꝫ ꝯprimebāt. Nā
⁊ ſi quicqꝫ ſuperat illis. ex his q̄ ſuis mani
bus operabantur: id cōtinuo diſtribuebāt
egentibus. vt iuxta ꝑceptū dñi ih̄u xp̄i de
craſtino minime cogitarent. In tāta ꝟo ve
ſtimentoꝝ penuria ſeſe cōſtrinxerāt. vt nūꝗꝫ
lebetone alio vterentur: niſi cū idumen
ti ſordes neceſſitas coegiſſet eluere. Le
beton autem linea veſtis eſt. inſtar colobii



q̄ monachi vtūtur hodieqꝫ ꝑ thebaydem ⁊
egyptū ſꝫ .b. Pachomi⁹ ad humiliādū cor
p⁹ ꝓpriū iduebat ſe plerūqꝫ cilicio: ꝑ ānoſ
xv. poſt illos īgētes ſudores atqꝫ labores
abſtinētie: nō iacēs ſomnū capiebat nocti/
b⁹: ſed i medio cellule ſue reſidēs: adeo vt
nec dorſuꝫ ſaltem ꝓ ſuſtētatōe reclinaret.
Cūqꝫ nimis ex h̄ affligeret̄: ferebat tamen
equanimiter hūc laborē: ſpe quodāmodo
iā ꝑlibās eā requiē. que ſibi parabat̄ i celis
Plurimoꝝ nāqꝫ cōſiderās īſtituta dabat
ſemꝑ operā: cū ꝓprio fratre ad maioris ꝟ/
tutis augmenta ꝯſurgere. Opabātur aūt
⁊ ſedilia: ⁊ vnuſquiſqꝫ ſicut poterat ita vi/
uebat: cū ſumma ſcilicet humilitate ⁊ pati
entia: ⁊ fide non ficta. De conflictu Pacho
mii contra iram et indignationem.

Iter hec Pachomi⁹ iterū diuinitus ammo
nit⁹: ꝓ regulis qb⁹ deberēt īſtitui
q erant ꝑ eum dño credituri: cepit cū ſ͛ ger/
mano ſuo habitaculū i quo manebāt capa
cius reddere: ⁊ edificiis ampliare ꝗꝫ pluri/
mis eoꝝ vt dixi grā: q ſeculo renūciantes
oꝛauit. Nam qui in coꝛpoꝛe poſitus demo
nia fugabat: ⁊ illuminabat oꝛatiōe cecos:
quātomagis ſe noluiſſet palma ꝓuari. Po
terat vtiqꝫ quod volebat impetrare ſine
dubio: ⁊ ita recepit vt particeps nominis
philippi eſſet particeps ⁊ coꝛone. ⁊ ſuſcipe/
rēt martyres collegā: quē merito eccleſia
ſuſceperat ſacerdotem. Iuxta atria itaqꝫ
ibi: ſancta eugenia filia eius monaſterium
xp̄i virginibꝰ collocauerat: illic ſuum iuſſit
collocari coꝛpuſculum: i quo loco btiſſima
claudia xenodochiū fabꝛicabat: ⁊ conſtituit
p̄dia que ſuſceptionibus ꝑegrināꝝ deſer
uirēt. ipſa aūt cū auito ⁊ ſergio filiis ⁊ cum
btā eugenia regreſſa eſt romam. Igitur
filios philippi cū omni gaudio ſenatus re/
cepit romanoꝝ: ⁊ vnū ꝓconſulē carthagi
nem: alium vicarium affrice dirigunt. Ad
beatā aūt eugeniā cū multe matrone cō/
uenirēt: ⁊ pene oēs virgines quaſcūqꝫ po/
tuiſſet: notas aut amicas faceret etiā xp̄o
credere. ⁊ i virginitate dn̄ica permanere
quedā ex regio genere virgo baſilia: cupie
bat eā attingere. Sed qꝛ cauſa nois xp̄ia/
ni ad eā ire nō poterat: rogabat per inter/
nuncium fidelem. vt eā de religione xp̄ia
na iſtrueret. Tūc btā eugenia cōuocat ad
ſe btiſſimos comites ſuos ꝓthū ⁊ iacictū
⁊ dicit eis. Accigimini milicia ad quā vos



ꝯuocat xp̄s: quo vos baſille offerā ſub ſpē
muneris: vt vos eā i xp̄o faciatis ancillā.
Fit itaqꝫ huius muneris gratia: ⁊ ſuſcipit
baſilla quaſi famulos qua nos quaſi apo/
ſtolos honoꝛabat. Uacabat autem cuꝫ eis
omni hoꝛa: ⁊ quaſi eunuchos ſeruitio ha/
bēs: nō diebꝰ nō noctibꝰ a colloquiis dei ⁊
oꝛatōibus ceſſabat. Igit̄ coꝛnelius cū eſſet
i vrbe roma ſacre legis antiſtes: ꝑuenit ad
eā latēter: ⁊ baptizauit eā. Cōfir[illegible]ta aūt
btā baſilla i timoꝛe dei: ꝓcurāte miſericoꝛ
dia xp̄i: pene oibꝰ noctibꝰ mutuis ſe frue/
bātur aſpectibꝰ: ipſa ⁊ btā eugenia. Oibꝰ
itaqꝫ viduis xp̄ianis ꝯuētus erat ad btām
claudiā: ⁊ oibꝰ virginibꝰ cōuētus erat ad
beatā eugeniā. Sctūs aūt coꝛnelius papa
vrbis rome omni veſpe ſabbati que luce/
ſcit i dn̄ico die: dabat eis noctē hymnis ꝑ/
uigilē. ⁊ palloꝝ canoꝛibus noctis quiete
agebat eiꝰ ſacroſcā myſteria: ⁊ ita cōfirma
bat eas ſabbatoꝝ. Eugenia āt ⁊ baſilla vt
memoꝛaui: oibus ſe pene noctibus fruebā
tur i xp̄o ⁊ alterno ſe elogo renouabāt. O
quātas ꝑ eugeniā v̄gines ſaluatoꝛ iuenit.
quātas etiā ꝑ baſillaꝫ xp̄s ſpōſas obtinuit
quāte ꝑ claudiā viduitatē ꝓ̄pter voluta/
te ſeruarūt: quāti iuuenes ꝑ ꝓthū ⁊ iacin/
ctū xp̄o dn̄o crediderūt. Ualeriano itaqꝫ ⁊
galieno iperātibus: oꝛta ſeditio de xp̄ianis
eſt: eo ꝙ ciprianꝰ carthaginē euerteret: ⁊
coꝛneliꝰ romā. Data eſt ergo auctoꝛitas ad
paternū ꝓcōſulē: vt cypꝛianum occideret.
Coꝛnelius aūt qꝛ a multis romanis etiaꝫ
illuſtribꝰ fouebat̄. erat i abditis. Tūc btā
eugenia vidēs baſillā ait: Reuelatum eſt
mihi a dn̄o: ꝙ ꝓ virginitate paſſura ſis. Et
baſilla ad eugeniā reſpōdit. Et mihi iquit
dignatꝰ eſt dn̄s ꝯmōſtrare: ꝙ martyrii co
ronā duplicē capias: vnā quā apud alexā/
driā ꝓ iuſtis laboꝛibꝰ acquiſiſti: ⁊ aliā quā
i effuſione tui ſanguinis ꝯſecutura es. Tūc
btā eugenia expandēs manus ſuas: dixit.
Dn̄e ieſu altiſſimi filiꝰ: q ad ſalutē noſtram
veniſti ꝑ virginitatē matris tu ꝑ virginita
tis ꝑmiū: oēs quas mihi crediſti: perduc
ad regnū gloꝛie tue. Reſidētibus autem
ſcis virginibꝰ xp̄i: que erāt cum eugenia ⁊

baſilla: dixit oibꝰ btā eugenia. Ecce vide/
mie tempus eſt. in quo ſuccidantur botri: ⁊
pedibus conculcantur: ſed poſt hec regali/
bus conuiuiis apponuntur. Abſqꝫ eoꝛum
ſanguine: nulla poteſtas imperii. nulla illu
ſtris dignitas decoꝛatur: ⁊ vos palmites
mei. ⁊ meoꝛum viſcerum botri. eſtote pa/
rate in domino. virginitas enim eſt pꝛime
virtutis indicium. deo pꝛoximū. ſimilis an
gelis: parens vite: amica ſctitatis. via ſecu/
ritatis. domina gaudii: dux virtutis fomē
tumꝰ ⁊ coꝛona fidei: adminiculū ⁊ ſubſidiū
caritatis. Nihil ita nobis laboꝛandum ni/
hil ita eſt enitendū: niſi cum virginitate vi
uamus: aut quod eſt gloꝛioſius pꝛo virgini
tate etiam moꝛiamur. Que ſunt huius blā
dimenta fallaciſſima: ⁊ cum gaudio tem/
poꝛali veniūt: ⁊ cū perpetuo doloꝛe diſce/
dūt: faciūt momētaneū riſuꝫ vt eternū fle
tum inſtigāt: tribuunt fugitiuos floꝛes vt
marcidioꝛes perſeuerātes aduectēt: mēti/
untur ſecuritatē trāſeūtis tēpoꝛis: vt ꝑpe/
tui ſeculi cruciatibus tradant. Ideoqꝫ ca/
riſſime virgines: q̄ mecū i agone virginita
tis nuncuſqꝫ accurriſtis: permanete i amo
re dn̄i melius quem cepiſtis. Tempus flē
di tempoꝛaliter ſine faſtidio ⁊ hoꝛroꝛe ſuſ/
ferte: vt tempoꝛa gaudii eterni cum omni
poſſitis dilectione ſuſcipere. Ego enim cō
mēdaui vos ſpiritui ſancto: ⁊ credo ꝙ vos
mihi integras omnes illibataſqꝫ conſtitu/
at. Nolite itaqꝫ faciē meam ex hoc coꝛpo
raliter querere: ſed geſta ⁊ actus ꝑ ſpiritū
cōtēplatiuū. Et his dictis oſculata eſt vni
uerſas: ⁊ flentes foꝛtiſſimo animo conſola
batur. Dicentibus autem ſibi vale inuicē
baſilla ⁊ eugenia oꝛatione facta diſcedūt:

Ecce eodēꝫ die perrexit vna ex ancillis
ad pompeiū ſponſum baſille. q̄ ⁊ dixit. O
te dn̄aꝫ noſtram baſillam nouimus ab im
peratoꝛe meruiſſe ſextus ⁊ eo amplius eſt
ānus: quā tu i tenero etatis āno. vt poſtea
acciperes: diſtuliſti. ſed patruelē eiꝰ hele/
nū ſcias eſſe chꝛiſtianū. ⁊ hanc ita factam
xp̄ianam. vt tibi omnino nō nubat. Nam
⁊ duos eunuchos ꝓthum ⁊ iacinctū ſimu
lauit ſe illi donum offerre eugenia: quos

ılla quaſi dños extollit. ⁊ quotidie pedes
coꝝ ac ſi deorũ imortaliũ oſculat̃: q̃a ipſi
auctores ſũt artis magice. quã xp̃iani cõ/
mittunt: his auditis pompeius ſtatı cucur
rit ad helenũ patruelẽ eiꝰ. q̃ ⁊ nutritor eiꝰ
erat ⁊ tutor: ⁊ dicit ei. Intra h̃ tibi demũ
nuptias meas celebrare diſpoſui. ꝑ q̃ re
fac me videre ſpõſã meã: quã mihi dñi re/
rũ. iuictiſſimi principes fieri cõiugẽ p̃cepe
rũt. Ille his auditis agnouit produtũ nego
ciũ. ait ad eũ. quonſq; ãni tranſirẽt infan/
tie eius. meã circa eã tutelã ꝑ germanita
te pr̃is eius ⁊ pro ipſo nutrimẽto exercui:
nũc vero q2 cepit ſui eſſe arbitrii. i ſua vl̃t
eſſe poteſtate. Unde ſi illã videre deſide/
ras: eiꝰ erit arbitrii. nõ mei iperii: Audiẽs
hec põpeiꝰ. vehemẽtiꝰ cepit ardere ⁊ per/
gens ad baſille domũ. vt nũciaret̃ ianitori
bus impabat. Cui iſta ſunt a baſilla man/
data cauſã te vidẽdi penitꝰ nullã me habe
re cognoſcas: neq; videndi neq; ſalutãdi
his auditis turbatꝰ ẽ vehementiꝰ. ⁊ omni
pene ſenatoꝝ fauore vſus ꝓſtrauit ſe co/
rã impatore dicẽs. Subueniãt romanis
ueſtris ſacratiſſimi pricipes. ⁊ hos nouos
quos eugenia ſecũ adduxit ab egypto ve
niens: ab hac vrbe ſepate. Diu ẽ enĩ ꝙ hi
q̃ xp̃iani dicunt̃. reipublice nocẽt: q̃ irridẽt
legũ noſtraꝝ ſacroſacta cerimonia. ⁊ om/
nipotẽtes deos noſtros. ac ſi vana ſimula
cra deſpiciũt. Iura q̊ȝ ipſius nature puer
tũt ſeparãt ↄiugiũ. gratiã ſpõſaꝝ ſibi aſſo/
ciant: ⁊ dicũt iniquũ eſſe. ſi ſpõſũ ſuũ ſpõ/
ſa accipiat: Quid facienꝰ piiſſimi impera
tores? Inuẽti ſunt dii q̃ homines ꝓhibeãt
⁊ quibus iſta videbũt. ſi nati nõ fuerit qui
bus valeat impari. Ubi repatio romana/
rũ viriũ. vbi romani exercitꝰ rediuiua cer
tamina? Pro quibꝰ victrices dextre vr̃e
hoſtiũ ceruices inclinabũt: ſi iam vxores
habẽde nõ erũt ſi ſponſas ãmittimꝰ ⁊ tace/
mus. hec ⁊ his ſimilia dũ ꝓſequeret̃. ⁊ om
nis ſenatꝰ cã flebili querela depromeret.
Decreuit galienꝰ auguſtꝰ: vt aut ſpõſũ ſuũ
baſilla acciperet aut gladio iteriret eugeniã
vero aut ſacrificare diis. aut crudeliter in
terire. ⁊ dedit licẽtiã: vt quicũq; xp̃ianũ

penes ſe abſcõderet. puniret̃. Cõuẽit baſil
la vt ſpõſum reciperet. dicit ſe illa regẽ re
gum habere ſpõſum: q̃ eſt xp̃s filiꝰ dei. Et
cũ hec dixiſſet: gladio trãſfoſſa ẽ. Tẽti ſta
tim ꝑtbus ⁊ iacinctꝰ trahunt̃ ad tẽplũ: ſȝ
orõnẽ illis faciẽtibꝰ. ſimulacꝝ iouis ad qõ
ducebantur ſacrificare cecidit ad pedes
coꝝ. ⁊ ita ↄminutũ eſt. vt vbi fuerit nõ pa
reret: Non virtute diuine. ſed magice ar/
ti hoc imputans: iubet eos decolari nice/
tius vrbis prefectus. Qui etiam acquiſi/
tam ad ſe eugeniam: cepit de magicis arti
bus ab ea flagitare ſermonem. At illa cõ
ſtanter os ſuum aperiens dixit. Pollice/
or tibi. ꝙ ars noſtra vehementior magis
eſt: nam magiſter noſter habet patrem ſi/
ne vlla matre. ⁊ matrẽ abſq; patre. Deni/
que ſic eum genuit pater. vt omnino femi
nã nunq̃ʒ ſciret. ſic eũ genuit mater vt ma
ſculũ omnino nõ noſſet: hic ip̃e habet vxo
rem virginem. que illi quotidie filios cre
at etiaȝ innumerabiles ei filios parit quot/
tidie carnem eius carnibus cõiungit. Oſ
cula eius circa eaȝ ſine intermiſſione ſoci
antur. in amore ſuo iuicẽ omnino ꝑdurat.
⁊ tanta itegritate ſubſiſtunt: vt omnis vir
ginitas. ⁊ omnis caritas. ⁊ oĩs integritas
ex eorũ cõiugio dirimatur. Audiẽs hec ni
cecius obſtupuit. ⁊ ne ad impatorẽ perue
niret ꝙ eam libenter audiret: iuſſit eam
ad templum duci diane. ⁊ ita ſpiculator i/
minens dixit ei. Redime vitã tuam. patri
moniũ tuum eugenia: ⁊ ſacrifica dee dia
ne. Tunc beata eugenia expandẽs manꝰ
ſuas: cepit orare ac dicere. Deus q̃ cordis
mei archana cognoſcis. q̃ virginitateȝ me
am ſinceram in tuo amore ſuaſti: qui me
filio tuo dño meo ih̃u xp̃o ſociare dignatꝰ
es. q̃ ſpiritũ ſanctũ tuũ ĩ me regnare feciſti
adeſto mihi nũc ĩ confeſſione nois tui. vt
cõfundant̃ oẽs q̃ adorãt hoc ydolũ. ⁊ qui
gloriant̃ ĩ ſimulacris ſuis. Et dum oraret
fit terremotꝰ ĩ eodẽ loco. ⁊ ita tẽpli ipſius
fundamenta merſa ſunt cum ipſo idolo
vt nihil aliud remanſerit. niſi ſola ara q̃ fu
it ante ianuam tẽpli. ad quã ſtabat ſancta
eugenia. Hec in inſula licaonie geſta ſunt



corã oĩbꝰ q̃ ſequebãtur agonẽ eugenie fit
cõcurſus populi romani: ⁊ varia acclama
tio. Alii dicũt inocẽtẽ. alii magã. Nunciat̃
iſta p̃fecto. p̃fectꝰ ĩpatori. Impator eaȝ iu
bet ligari ſaxo. ⁊ p̃cipitari ĩ tyberĩ: ſȝ ſtatiȝ
ſaxũ diſruptũ ẽ. Btã v̓o eugenia ita ſedẽs
ſup fluuiali aque efferebat̃. vt oĩbꝰ xp̃ianis
appareret illũ fuiſſe cũ eugenia in flumine
ne abſorberet̃. q̃ fuerat cũ petro in mari ne
mergeret̃. Itẽ ide ſublatã ĩ thermaꝝ ſeue/
rianaꝝ fornacibꝰ mittit̃. q̃ ſic ſtati extincte
ſũt vt thermaꝝ calor refrigeſceret. ⁊ oĩa i/
cẽdia lignoꝝ ad nihilũ ↄuenirẽt. Sic dñi/
q̃ʒ chaos fecerũt. vt vlterius exhiberi non
poſſẽt. Mittit̃ poſt hec ĩ cuſtodiã tenebra/
rũ. ⁊ ꝑ decẽ dies iubet̃ nullũ cibũ accipe: ⁊
lumẽ penitꝰ nõ videre. Ibi autẽ tãtꝰ quot
tidie abundabat ſplẽdor. vt dũ egrederet̃
btã eugenia: q̃ſi lumẽ aliqõ radiaret. Ap/
puit aũt illi ſaluator. ferẽs ĩ manu panẽ ni
uei cãdoris: ⁊ ĩmenſe ſuauitatis ⁊ gratie: ⁊
dixit ei. Eugenia accipe cibum de manu
mea ego ſũ ſaluator tuꝰ quẽ tota mẽtis ani
mi itentiõe dilexiſti ⁊ diligis. Eodẽ die te ĩ
celis recipiã: a quo ego d̃ſcẽdi ad terrã. Et
hec dicẽs abſceſſit: Ipſo aũt die natal̃ dñi
miſſus ẽ gladiator qui eã ĩ cuſtodia poſitaȝ
ꝑcuſſit: ⁊ ſublatũ ẽ corpꝰ ab affinibus chri
ſtianis. ⁊ poſitũ eſt non longe ab vrbe via
latina ĩ predio eius proprio: vbi multoꝝ ſã
ctoruȝ ipſa ſepelierat membra. Claudia
aũt mater eius. cũ ad eiꝰ ſepulchruȝ fleret
apparuit ei vigilanti in medio noctis ſilẽ
tio. auro texta cyclade induta: cum multo
pp̃lo virginũ. ⁊ dixit ei. Gaude ⁊ letare q2
⁊ me introduxit xp̃s in exultationem ſan/
ctoꝝ: ⁊ patrem meum in patriarcharum
numerum. Ecce die dominico. ⁊ te ſuſcipi
et in gaudiũ ſempiternum. Cõmẽda filiis
tuis fratribꝰ meis cuſtodire ſignacl̃uȝ cru
cis: ⁊ efficiant̃ nr̃i pⁱcipes. Ecce loquente
ei facta ẽ claritas quã oculus ſufferre nõ
poterat: ⁊ angeli tranſeuntes hymnũ dice
bant deo. ĩenarabilibꝰ vocibus. hoc ſolũ
ĩtelligebat̃. ꝙ nomẽ ih̃u xp̃i ⁊ ſpiritꝰ ſ͠cti ĩ
ipſius laudibus reſonabat. Gl̃ia ⁊ honor
pr̃i ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſ͠cto: ⁊ nũc ⁊ ſẽp: ⁊ ĩ ſe

cl̃a ſcl̃oꝝ amẽ. Finit vita beate Eugenie
Incipit p̃fatõ amphilogii ep̃i yconii: in vi
tã ⁊ conuerſationem ſancti patris noſtri
Baſilii archiceſaree capadocie epiſcopi.

Ilectiſſimi non erat ĩ dcoꝝ
filios fideles patris contriſtari
defunctione. ⁊ lachrymam ei dare iuſtum
quemadmodum vſque nunc omnes con/
paſſibiliter tulimus. Poſtquam autem
lamentationis caliginem: ſm qõ ſcriptũ ẽ
amouimus. ⁊ ad g̃tificã nos poſtulationeȝ
apud omniũ verũ deũ nr̃m admonuimꝰ. ne
ceſſariũ credimus memorabilia ⁊ vera ac
mag̃ miracl̃a ipſiꝰ pr̃is ⁊ magiſtri nr̃i baſi/
lii ſcripture tradere: vt ñ tẽporali ꝑcuſſiõe
obliuionis ꝓfũditati tradãtur. Tribꝰ ſig/
dẽ ſacratiſſimis ⁊ mirabilibꝰ viris: grego/
riũ dico in theologia decoꝝ: ⁊ gregorium
mirabilem nyſenſis ciuitatis: ſed ⁊ effrem
beatiſſimum. aliis aliter epytaficiis ſermo
nibus viꝝ ĩfulgẽtibus: viſum eſt ⁊ mihi tã
q̃ʒ abortiuo vt ap̃lice loquar ĩ manibus ha
bẽti: ab eiſdeȝ venerabilibus viris editas
narrationes: q̃ his defuerũt ſupplere. vt fi
deli filio patri debitũ reddẽti. Si eniȝ ſcit
nubes̃ occl̃tare ſolẽ: multo faciliꝰ tẽporalis
ꝑcuſſio bonis enarratõibꝰ obducere nouit
obliuionem? Ergo quomodo magnus pa/
ſtor nr̃ ⁊ reſonatus ĩ orbe celeſtiũ virtutũ
collocutor. ac angelicoꝝ ordinũ commini/
ſter: magniloquus eccleſie predicator. ſoli
da ortodoxorum dogmatum columna. na
turã reꝝ exiſtẽtiã expſſit: inimicũ trinita/
tis eiecit videlicet iulianũ apoſtataȝ: valẽ
tis os blaſphemũ obſtruxit: arrianoꝝ de/
bellauit malã gloriã: xp̃ianoꝝ plane corro
borauit rectã gloriã: paſtor acq̃ſitꝰ eccl̃ie
pp̃li: regale ſacerdotiũ: circumornatꝰ ouiũ
xp̃i aries. diuine fidei doctor gl̃ioſus: ⁊ vi/
uẽs: ⁊ poſt trãſitũ magnis ſplẽduit miracu
lis ⁊ oratõe eius ſicut dictũ eſt: facta eſt iu
liani dei odibilis: extollẽtis ĩ altũ cornu: ⁊
loquẽtis aduerſus deũ iniuſtitiã: quomo/
do valẽs ipſius auunculus apprehẽdens
ĩdigne ĩperialẽ purpurã: ⁊ arrianoꝝ male
gl̃ie patronꝰ venit ad eam: q̃ apud nos eſt

ceſaris:illuſtrē ciuitatē ꝯquirēs ⁊p huiuſmodi p̄ſens tēpus narrabo. S₃ ad ꝓpoſitū reuertamur:ex natiuitate eiꝰ vſq₃ ī finē virtutes ipſiꝰ enarrātes. Explicit p̄fatio. Incipit narratio. De tp̄e q̊ btūs baſiliꝰ doctrie vacauit ⁊ ꝯuerſiōe magr̄i ſui Euboli

# Aſilius itaq₃ ſolus

vt ſic dicā:ī terra eq̄le₃ ⁊ decēte₃ oñdit vitā opibꝰ ⁊ verbis diuina ſapiētia vitā ꝯponēs:oīa xp̄o dās. ſed ⁊ aīa₃ atque corpꝰ necnō ſmonū manꝰ:qdē gētilē errorē:ſicut aranee telā dirupit. Hic ſeptennis factꝰ. da t̄a genitoribꝰ litteris: vacās autē doctrinis qnquēnio fructū acq̄ſiuit multā philolophalē diſciplinā. dulcedini nature. deinde reliquēs patriā:capadocꝰ eni erat natione:apprehēdit matrē verboru₃ athenas. Caſtitate ⁊ multa abſtinētia decoratꝰ adijt p̄ceptorē grecoꝝ ſapie noīe eubolū: ⁊ ſic ſeipſū dedit doctrinis āmirādis. etiā ⁊ magr̄is. factiq₃ ſūt ipſiꝰ ꝯſcolaſtici. gregorius magnꝰ nazā₃i poſtea factꝰ ep̄s. q ⁊ apoſtolice ſedis gubernacula ī duo ⁊ decē ānoru₃ ꝑgubernauit tp̄a: iulianus etiā a paruo chriſtianꝰ atq₃ libaniꝰ. Is aūt ab oībꝰ virāmirādus. poſuit in corde ſuo nihil ſumere panis ⁊ vini: donec ſupna ꝓuidentia ītellexerit diuine ſapiētie archana. Morās q̄q₃ ī doctrinis qnq₃ ⁊ decē ānis: omnēq₃ grecalē philoſophiā ꝑcurrēs. ī fine aſtronomiam. ac optima q̄q₃ colligēs ⁊ nullatenꝰ īuenire valēs ꝑ ipā oīa creatorē. ī vna nocttiū vigilāte eo diuinꝰ quidē ſplēdor fidei accēdit cum ꝑluſtrare totiꝰ religiōis ſcripturā. Surgēs ergo abiit ī egyptū. Et accedens vni archimādritarū porphirio noīe. ſupplicauit ſibi dari libros ſacros: ad comp̄hēſionē diuinoꝝ dogmatū: Quod ꝯſecutꝰ ꝯnāſit ibi delectās meditatiōi diuinoꝝ ſermonū: ⁊ aqua ac herbis ſe enutriēs Annuali vero tp̄e ibidē cōmorās. ⁊ verbū veritatis fide ꝯſiderās ꝑmāſit: ſcrutās veritatis ſermone₃: Sicq₃ poſtulauit dimitti ſe hieroſolymā oratiōis gratia: ⁊ que ibi ſūt videndi miracula. Iā aute₃ ſuperorās illū: dimiſit eū. Veniēs nāque vbi grecoru₃ philoſophia₃ didicit. cepit ꝑſuadere multis philoſophis ⁊ multitudini gentiliu₃. atque afferre chriſto oſtendens eis viā ſalutis. querebat nihilominus ⁊ ſuu₃ preceptore₃ eubolū qui erat opinatiſſimus verbi: ad retributione₃ in ipſu₃ laboris afferre īmaculate fidei. ſicut ſe bene currentē ad eā: oēs etia₃ eu₃ ſicut magiſtru₃ ſequebantur. qui philoſophia₃ ſectabantur. Querēs autem illu₃ per omnia eruditoria. īuenit illu₃ ī ſuburbano. conquirente₃ in ſermone cu₃ ceteris phis. Hoc eni₃ erat apud illos feſtinabatur aut dici quid aut audiri. plus noui. diſputante ergo eo reprehendit eu₃ ſuperueniens baſilius. Et hi qui cum illo erant rep̄hēdit. quis inquiunt: te o philoſophe? ipſe autē ait. Aut deꝰ aut baſilius. Recognoſcens igitur baſiliu₃. coeſſentes ſibi dimiſit eubolus. ⁊ coherere baſilio. tribuſq₃ diebꝰ īcibati permanētes cōquirebantur adinuice₃. Interrogauit ergo eubolus baſiliu₃ dicēs. Que eſt diffinitio philoſophie Qui ait. Prima diffinitio philoſophie: eſt meditatō mortis. Ille admirās dixit. quid ē mundus? Qui ait. Qui ē ſup mundū. Et dulces qdē ſūt mūdi ſmones: amarus aūt valde illi mūdus. q eū continet vicioſe. Et altera ē voluptas corporis. ⁊ altera incorporee nature: ⁊ ſil' hec coeſſe cuidā nō ꝯ̄ licitis eſt. Nemo eni poteſt duobꝰ dn̄is ſuire. Verūtamē vt virtus ē. frāgimꝰ eſurietibus panē ſcie: ⁊ ꝑ maliciā ītectos ꝓ virtute ducimꝰ ſubtectū. Si aūt ⁊ nudū videmus. circūamicimur: ⁊ vt ꝓpriū ſeis nō deſpicimus. Hec dicēs. ⁊ exacuēs eū ꝑabolice. ſaluatoris q̄ erga nos ē clementia. per penitētia₃ tres cathinos mētī ꝓpoſuit ī veſtibulū cogitatiōis. Supliminare quidem portaru₃. virtutē adducentē prudentiam. virilitate₃. iuſticiā. caſtitate₃: que aute₃ ſiniſtra ꝑte ſuaſioné. in vtraque vero parte cius ītēperantia₃. libidinē. ebrietatē. īpudicitiā. ſegnitiē. criminationē. linguoſitate₃. incantatione₃. ⁊ q̄ſda₃ taliu₃ examen penitentia₃ aūt decenter ſtantē: intremēte₃. ſubridente₃. lene₃. aduerſarios quide₃ increpantē. proprioru₃ aūt īdigente₃ popu



lorum: iuxta eā uero abſtinētiā intellectū lenitatem. venerabilitatem. timorem. clementiam. ⁊ multoꝝ bonoꝝ plebē: ipſiꝰ hiſtorie mens diuina cautela. audiētibꝰ aūt zeloꝝ meliorum occaſio. Hec ego ipſe videns benigne factus ſum: ⁊ iſto ductus ſū o eubole: Sūt eni in nobis non imagines neq₃ enigmata: ſ₃ ipā plane ꝯitas ducens ad ſalutem. Reſurgemꝰ ei oēs hi ī vitam eternā. ⁊ hi ī opprobriū ⁊ ꝯfuſionē eternā ⁊ aſtabimus tribunali chriſti. ſicut docent nos magni vocibꝰ ꝓphete. eſaias. hieremias. ezechiel. daniel ⁊ dauid rex: atque diuinꝰ paulus pꝰ illos: Ip̄e ei pn̄ie dator. ⁊ ip̄iꝰ retributiōis dn̄s: q ouē q̄ſiuit ꝑditam ⁊ apoſtatā pueꝝ ex p̄ris ſinu cū m̄ltis diuitiis. ⁊ ſeipſū ꝓdige ꝯſumētem: ⁊ poſtea reuertentē. fame afflictū ſincere āplexatꝰ ē ⁊ veſte ſplēdida ornauit. ac ānulo īduit p̄cioſo: ſuadetq₃ peccāti puero ſeuiēti. ſic ſ̄ri īdulgētiā dare. Iſte ī inuido dn̄s p̄ualens benignitate: qui equale₃ mercedem circa vndecimā horā veniētibꝰ tribuit: ⁊ nobis penitētibꝰ ac ſuſcipiētibꝰ ex aqua ⁊ ſp̄ū ſācto regeneratiōe₃. dabit eni que ocl's n̄ vidit. ⁊ auris n̄ audiuit. ⁊ ī cor hoīs n̄ aſcēderūt: que p̄parauit deꝰ diligentibꝰ eū. His ex ſenſu factꝰ eubolus dixit. O baſili celeſtis demonſtrator trinitatis. ꝑ te credo ī vnū deū patrē omipotētē: ⁊ deīceps vſq₃ expectās reſurrectiō₃ mortuoꝝ. ⁊ vita₃ ſeculi futuri amē. Ego aūt ī hoc q̄ ī me eſt oſtēdi tibi. q₂ oīa que mihi ſūt in manꝰ tuas dās. reliquū tēpus vite mee tecū ero: ſi placitū ī ꝯſpectu dn̄i fuerit ſuſcipiēs ex ſancta aq̄ ⁊ ſpiritu regeneratiō₃. Baſilius dixit. Benedictus dn̄s deus noſter: āmodo ⁊ vſq₃ ī ſeculū o eubole. q ſplēduit lucē verā ī mēte tua: ⁊ trāſtulit te ꝯ̄ m̄ltimodo errore. in agnitiō₃ ipſius miſ'icordie. quia vero: vt dixiſti: mihi coeſſe vis: oſtēda₃ tibi quomō ſaluti noſtre ꝓuideamꝰ. vinculis iſtiꝰ vite nos liberantes vendidemꝰ oīa que nobis ſunt. ⁊ demꝰ īdigentibꝰ. ⁊ ſic in ſācrā ciuitatē habeamꝰ: ipſi viſuri que ſūt ibi miraculoꝝ ⁊ apud deū acgramꝰ fiduciā: ⁊ ſic vterq₃ que eoꝝ erāt diſpēſantes ad ſāctū baptiſma indumēta tm̄ ex ipſis ementes. hieroſolymā ibant: conuertētes ad deū gētiliū m̄ltitudinē magnā. Quomō Eubolus baptizatus eſt in iordane.

# Pprehēdentes autē hieroſolymā.

⁊ omnem locū ſacꝝ fide ⁊ amore requirētes. ⁊ ipſis locis q ē ſuper oīa deū adorātes: manifeſti ſiūt ep̄o ciuitatis noīe maximino. Et ſe ei ꝓſternētes: poſtulabāt ꝯſequi regeneratiōe₃ in iordanis fluuio diuinā. Quos vidēs idē vir ſanctꝰ. plenꝰ cū eſſet benignitate. adimpleuit poſtulatiōe₃ eoꝝ. ⁊ ſimul cū fidelibꝰ viris venit ad iordanē. Baſiliꝰ aūt iuxta ripa₃ factꝰ ꝓiecit ſe ī humū. ⁊ cum lachrymis ⁊ clamore forti poſtulabat ſignū reuelari eiꝰ fidei. Reſurgēſq₃ cū tremore deſpoliauit ſe veſtimētis ſuis ⁊ cū ipſis vere veteſto hoīe: ⁊ deſcēdēs ī aquā orabat. Deſcendēs aūt ſacerdos baptizauit eum. Et ecce fulgur ignis venit ſup eos. ⁊ colūba ex eodē fulgore venit ī iordanē ⁊ turbās aquā reuolauit ī celū: Aſtātes aūt ī tremore facti glorificauerūt deū: baptizatꝰ ꝯo baſiliꝰ exiuit de aq̄. Admirās q̄₃ maximinꝰ ep̄s. baſilii ī deū dilectiōe₃. orās veſtiuit eū reſurrectiōis xp̄i īdumētis. baptizauit autē ⁊ eubolū atq₃ vngēs eos ſancto criſmate. tradidit illis viuificā ꝯmunionē. Poſtulauitq₃ baſiliū dei ſacerdos ꝑ orōnē ſumere cibū: qđ ⁊ fecit dicēs. Ihu xp̄e deꝰ noſter credo euāgelice tue voci. ⁊ ſpero ī tua benignitate: comedēs ⁊ bibēs ꝯtra egredientē nobis diabolū. cooꝑationē nobis ſācti ſpiritꝰ fieri. Stupēs ꝯo ſacerdos dei ī fide eiꝰ: reuerſus ē cū ipſis ī ſactā ciuitatē. Annuali aūt tēpore inibi ꝯmorātes. cōmuni ſētētia venerūt anthiochiā: ⁊ ibi gradū diaconi ſuſcepit. Quō baſilius epiſcopus factus miſſam compoſuit: ⁊ ſaluatorem noſtrum cum apoſtolis ſanctis vidit.

# Onueniētes ergo certꝰ ep̄oru₃ ſcī

ſpiritus cooꝑatōe. elegerūt baſilium ad epiſcopatus ſedem ⁊ conſecratus gubernabat eccleſiam dei prouidentia.

Poſt quoddam autem tempus poſtulauit
deum: vt daret illi gratiam ⁊ ſapiētiā at/
q₃ itellectū: ꝓpriis ſermonib⁹ offerre i ſā/
guineū ſacrificiū illi ⁊ venire ſup eū ſancti
ſpūs aduētū. Poſt dies vero ſex ſicut i ex
taſi ſcūs: propter aduētū ſci ſpūs ſeptima
die apprehēdēte: cepit miniſtrare deo p ſin
gulos dies. Et poſt aliquot tēp⁹: fide ⁊ ora
tōe cepit ꝓpria manu ſcribere miniſtratōiſ
myſteria: atq₃ i vna nocte adueniēs ei dñs
i viſione cū aplis: ꝓpoſitionē panis faciēs
i ſcō altari excitauit baſiliū dicēs ei. Secū
dū tuā poſtulationē repleaſ os tuū laude
vt p ꝓprios ſermones offeras mihi ſangui
neū ſacrificiū: Qui nō ferēs oclis viſionē
ſurrexit cū tremore. Et accedēs ad ſcm̄ al
tare, cepit dicere: ſcribēs i cartha ſic. Re/
pleaſ os meū laude: vt hymnū dicat glie
tue: dñe de⁹ q creaſti nos: ⁊ adduxiſti i vi/
tā hanc. ⁊ ceteras oratōes ſci miniſterii. Et
poſt finē orationū: exaltauit panē ſine iter
miſſione orās ⁊ dicens. Reſpice dñe ieſu
xpe ds nr: ex ſcō habitaculo tuo: ⁊ veni ad
ſacrificādū nos: q ſurſū patri tuo cōſides
⁊ hic nobis iuiſibiliter coes: dignare potē
ti manu tua tradere nobis: ⁊ per nos omni
poplo tuo: ſcā ſcis: pplus rñdit. Unus ſcūs
vn⁹ dñs nr ihs xps: cū ſcō ſpū: i glia dei pa
tris amē. Et diuidēs panem i tres partes:
vnā qdē cōmunicauit timore multo: alte/
rā aūt reſeruauit ↄſepelire ſecū: tertiā ve/
ro iponēs colūbe auree q pepēdit ſup alta
re. Eubolus ſiqdem ⁊ cleri pricipes ſtātes
ante portas tēpli: viderūt lucē itelligibilē
i tēplo: ⁊ viros glioſos cādidas veſtes ha/
bētes: ⁊ audiētes vocē ppli glorificantis
deū: baſiliūq₃ cernentes altari aſtātē: ſtu/
pefacti i viſione ceciderunt i facies ſuas:
glificātes deū. Exeūte aūt baſilio ꝓſtra/
uerūt ſe ad pedes eius. Interrogauit aūt
cauſā adoratōiſ ⁊ pñtie eoꝝ: q rettulerunt
ei ammirabilē viſionē quā viderūt i tēplo
Tūc baſilius grās agēs ſine itermiſſione
dño ꝓpter ei⁹ admirabilia: vocauit aurifa
brū ⁊ fecit colūbā ex auro puro: atq₃ i ipā
depoſuit: vt dixim⁹ portionē: pēdēs eā ſup
ſcām mēſam: i figura illi⁹ ſcē colūbe: q ap/
paruit ei i iordane dño baptizato. Hoc ita
facto exorſus eſt ſermonē ↄſolatōis: dice/
re ad pplz. Et ↄgregata ē mltitudo ifinita
i eccliā: inter quos erat ⁊ magnus abbas
effrem: de quo poſtea narrabim⁹: quomō
ex diuina oſtēſione viſor ſcūs eſt btīſſimi
pñs nři Baſilij. De hebreo q vidit ifātē
partiri i manibus Baſilii tēpore ſacrificii.

Iuino quidē miniſterio illo agēte: hebre⁹ qdā ſe ſicut xpian⁹ pplo cōmiſcuit: officij
miniſteriū ⁊ muneris explorare volēs: vi/
dit ifātē partiri i manib⁹ ſci baſilij. Et cō/
municātib⁹ oib⁹: venit ⁊ ipſe hebre⁹: data/
q₃ ē ei hoſtia vera caro ſcā. Inde acceſſit ad
calicē ſāguine repletū ⁊ ipi⁹ ſcūs ē parti/
ceps: atq₃ d vtriſq₃ ſeruās religas abiēſq₃
i domū ſuā oſtdit vxori ſue ad ↄfirmatōez
dictoꝝ: ⁊ narrauit q ꝓpriis oclis viderat.
Credēs g vt vere: qz horribile ⁊ admirabi
le eſt xpianoꝝ myſteriū: in craſtino venit
ad baſiliū: poſtulās ſe ſine dilatiōe accipe
quod i xpo eſt ſignaculū: baſili⁹ aūt ſcūs ñ
deferens: ſed conſuetam eukariſtiā volen
ti oēs ſaluare offerēs: baptizauit eū cum
omni domo ſua credēte dño. De quodā
negāte xpm ſcripto ſuo ꝓprio cirographo

Cladius aūt ipſius ſanctiſſime memorie viſor ⁊ mini/
ſter factus ab eo perfectorum miraculorū
⁊ ſucceſſor ſedis poſt obitum iam dicte me
morie apoſtolice baſili: vir mirabilis ⁊ oī
virtute decoratus: enarrauit mihi quia ſe
nator quidam fidelis nomine protherius: 
abiit ad ſancta ⁊ venerabilia loca: ⁊ ibi filiā
ſuam conſecrare: ac in vno de bene actio/
nalibus domibus monaſteriorum mittere
atq₃ ſacrificium deo offerre volens. Sed
ab initio homicida diabolus inuidens di/
uine voluntati mouit vnum de ſeruis ſuis
⁊ icēdit ad puelle amorem. Is āt cum fuiſ/
ſet huiuſmodi ichoatōis idignus. ⁊ nō au/
dēs appropinquare ad ꝓpoſitū alloquiſ
vnū abhominādoꝝ incantatoꝝ ꝓmittens
ſe: ſi meruerit dñari ipſius puelle: multam
auri tribuere ei quātitatē. Malefic⁹ hoc di



xit ad eū. Hō: ego i iſtud non ꝑualeo. Sed
ſi vis mitto te ad meū procuratorez diabo
lum. ⁊ ipſe pficiet volūtatez tuā. Qui ait
ad eū. Quecunque dixeris mihi faciam
Et ait ad eū. Abrenuncia xpo in ſcripto
Dixit ei. Etiā. Iniquitatis aūt operator di
cit ei. Si i iſto pactus extiteris cooperator
tibi fiā. Qui ait ad eū. paratus ſū: tantū vt
ↄſequar meū dſideriū. Et faciens maligni
tatis magiſter eplā ad diabolū. miſit eā
ad illū habētē ſenſū iſtū. Qm̄ quidē mi do
mine ⁊ procurator oportet me a xpianoꝝ
religione abſtrahere. ⁊ tue adducere volū
tati vt multipliceſ ps tua. miſi tibi hūc qui
pñtes meas defert litteras. cupiditate i pu
ellā exarſū: ⁊ poſtulo eū actionē iſtā ↄſeqvi
⁊ i iſto glorier ⁊ cū mlta alacritate ↄgregē
placidiores tuos. Et dās eplā dixit. vade
ſm talē horā noctis ſta ſup monumētū gē/
til. ⁊ exalta carthā i aere: ⁊ aſtabūt tibi q d
bent te ducere diabolo. Qui alacriter hoc
faciēs iactauit miſerā vocē. iuocās diabo
li auxiliū. Et ↄtinuo aſtiterūt ei principes
ptātiſ tenebraꝝ: ſpiritalia negtie ⁊ apphēdē
tes errantē. cū gaudio magno duxerunt
eū vbi erat diabolus. Et oſtēderūt ei ipſū
ſedētē i ſede alta: ⁊ i circuitu ei⁹ malignita
tis ſpūs ſtātes. Et ſuſcipiēs miſſas a male/
fico litteras. dixit ad miſerū. Credis i me: q
ait. Credo. Et abnegas xpm tuū: q rñdit.
abnego. Dicit ei diabolus. Perfidi eſtis
vos xpiani Et quādo qdē me op⁹ hētiſ tūc
venitis ad me: qñ aūt ↄſequimini dſideriū
veſtꝝ. negatis me: ⁊ acceditis ad deum ve
ſtrū q eſt benignus ac clemētiſſim⁹. ⁊ ſuſci
pit vos: ſ₃ fac mihi māu ſcriptā xpi tui ⁊ ba
ptiſmatis abrenūciatōe volūtaria. ⁊ q i me
ē i ſcla volūtaria ꝓfeſſiōe: ⁊ qa mecū ſis in
die iudicij. ↄdelectās mihi i pparatis eter/
nis tormētis: ⁊ ego ſtati dſideriū tuū adim
plebo. Qui diſpoſuit ꝓpria manu ſcriptū.
ſic qſit⁹ fuerat. Stati aūt aiarū corruptor
draco tortuoſus. miſit illos q ſūt ſup forni/
cationē dmones: ⁊ iflāmauerūt puellā in
amore iuuenis. Que ꝓiciēs ſe i trā: cepit
clamare ad patrē. Miſerere mei miſerere
mei mi pater: qz dire torqor ꝓpter talē pu
erū noſtꝝ: Miſerere viſcerib⁹ tuis. oſtēde
i vnigenita tua paternū amorē: ⁊ coniūge
me puero nro quē amo. Si aūt nō vis hoc
facere. videbis me p⁹ modicū amara mor/
te moriētē: ⁊ ſmonē dabis ꝓ me deo i die
iudicij. Pat aūt ei⁹ cū lachrymis dicebat.
Heu mihi peccōri. qd ↄuenit miſe filie mee
Quis meū thezauꝝ furat⁹ ē: Quis meā
iquinauit filiā: Quis dulce lumē oculorū
meoꝝ extixit: Ego celeſti te volebā nube
re ſpōſo xpo. ⁊ angeloꝝ cohabitatricē con
ſtituere. ⁊ i pſalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis ſpi
ritualib⁹ deo canere feſtinabā: ⁊ per te ſal
uari ſperabā. tu autē in amorez laſciuiēta
tis iſaniſti. Sine me ſicut volo deſpōſare
te dō. ne ducas ſenectutē meā cū tribula/
tione ad iferos: neq₃ nobilitatē pentū tuo
rū confuſione opias. Illa aūt pro nihilo re
putans q a patre dicebantur: inſtabat cla/
mās. Pater mi pater mi. aut fac deſideriū
meū: aut poſt morientez me videbis. Pa/
ter ergo in magna defectione factus. ac i/
menſurabilitate triſticie abſortus: ac ami/
corū ↄſilijs credulus. hortātiū ei deferre
volūtatez eius: aut ſeipſā exponere cōcre/
dens pater. precepit fieri deſideriū puelle
ne exitiali ſe traderet morti. Et adduxit q/
ſitū puerū. ac propriā filiā: danſque ei oēs
ſubſtantiā ſuā. dixit filie ſue. Uade filia
vere miſera. Multū eni plāges penitēs i
nouiſſimo: quādo nihil habes pficere. Ini
quo ergo coniugio facto. ⁊ diabolica faci
noroſitate completa. ac modico trāſeunte
tēpore: deſignatus ē a qbuſdā puer non in
troire ecclſiā. neq₃ appropinquare imor
talibus ⁊ viuificis myſterijs: ⁊ dicunt mi/
ſere cōiugi eius. Scis qz vir tuus quē ele/
giſti. non eſt chriſtian⁹: ſed peregrin⁹ fidei
⁊ alien⁹. Tenebrarū ⁊ doloroſe plage re/
pleta. proſternit ſe in humū. ⁊ cepit diſcer/
pere ſeipſā ungul ſuis ⁊ pcutere pectus ac
clamare. Nemo nō obediens pentibus ſal
uus fuit vnqȝ. Quis ānunciabit patri meo
meā conuſionem: Heu mihi miſere. in
quātā profūditatez pditiōis deſcendi: Cur
nata ſū. ⁊ nata continuo rapta nō fui Iſta
ergo lamentari eam diſcens errātiſſimus

vir eius :accurrit ad eã:cõtẽdẽs nõ haberi
ita veritatẽ. Illa aũt ĩ cõſolationẽ veniẽ/
te ſuadilibus eiꝰ ſermonibus dixit ad euz.
Si vis mihi ſatiſfacere ⁊ miſerere aie mee:
craſtina ego ⁊ tu vnanimiter eamus ad ec
cleſiã:⁊ corã me participa ĩcõtaminatorũz
myſterioꝝ xp̃i:⁊ ſic ſatiſfacta ero. Tũc co/
actꝰ dixit ei ſentẽtiã capituli. Cõtinuo de
ponẽs illa muliebrẽ ĩfirmitatẽ ⁊ ↄſiliũ bo/
nũ ↄſiliãs illi:cucurrit ad paſtorẽ ⁊ ad diſci
pulũ xp̃i ſcm̃ baſiliũ:aduerſus ĩpietatẽ cla
mãs. Miſerere mihi.miſerere mei ſancte
dei miſerere mihi diſcipule dñi:que cũ de
monibus cauſaz egi. Miſerere mihi miſe/
rere ꝓprio patri nõ obediẽtẽ. Et docet eũ
reꝝ geſtaꝝ ordinem. Scũs aũt dei vocãs
pueꝝ: ſciſcitatus eſt ab eo:ſi iſta in hunc
modũ ſe haberẽt. Qui ad ſcm̃ dei cũ lachri
mis ait:etiã ſcẽ dei ſi ego ſiluero:opa mea
clamabũt. Et enarrauit ei etiã ipſe a ꝓici
pio vſq; ĩ finẽ ↄſequẽtẽ:diaboli malã ope
rationẽ. Tũc dicit ei ſcũs baſilius. Uis re
uerti ad dñz deũ nrz? Ad quẽ puer. Utiq;
volo:ſed non valeo. Dicit ei ſcũs.quare?
Reſpõdit puer. Scripto abnegaui xp̃z ⁊
ꝓfeſſus ſuz diabolo:dicit ei ſcũs. Nõ ſit ti
bi cure. Benignus eſt enim deus noſter:⁊
recipiet te penitẽtẽ:ↄpatiẽ etiã maliciis no
ſtris. Et iactãs ſe puella ad pedes ſci euã
gelice deꝑcata eſt eũ dicẽs. Diſcipule xp̃i
dei nri:quantũ potes adiuua nos:dicit ad
puerũ ſcũs. Credis ſaluari? qui ait:Credo
dñe.adiuua ĩcredulitatẽ meã. Et ↄtinuo
apprehẽdẽs manũ eiꝰ.faciẽſq; ſignũ xp̃i ĩ
ĩpo: ⁊ orãs reclauſit eũ in vno loco interio
ris ſacri periboli. Et dãs ei regulã.collabo
rabat ei ꝑ tres dies.pꝰ q̃s viſitauit euz: ⁊
dicit ei. Quõ hẽs fili? dicit ad eũ. In mag̃
dñe ſũ defectõe Sãcte dei nõ fero clamo
res eoꝝ. ⁊ terrores ac iaculatões ſeu lapi
dationes eoꝝ:tenẽtes manu ſcriptã meã.
cauſanẽ me dicẽtes. Tu veniſti ad nos:nõ
nos ad te:⁊ dicit ei ſanctꝰ. Noli timere fili
tm̃ crede. Et dãs ei modicã eſcã faciẽſq;
ſup eũ xp̃i iteꝝ ſignaculũ:ac orãs reclauſit
eũ.⁊ poſt paucos dies viſitauit eũ. ⁊ dicit
ei.quõ habes fili? Dicit ei.pater ſãcte a lõ/
ge clamores eoꝝ audio ⁊ minas:ſꝫ nõ video
eos. Et iteꝝ dãs ei eſcã.⁊ orãs claudẽſq;
oſtiũ:abiit. Et q̃dragẽſimo die rediit:⁊ di
cit ei. Quõ habes frater mi? Rñdens di/
cit ad eũ. Bñ habeo ſãcte dei. vidi enĩ te
hodie ĩ viſu pugnãtẽ ꝓ me:⁊ vincẽtẽ dia/
bolũ. Mox ḡ ſanctꝰ ſꝫ ↄſuetudinẽ faciẽs
oratõez eduxit eũ.⁊ adduxit eũ ĩ dormito
riũ ſuũ. Mane aũt facto vocauit cleꝝ ſa/
crũ.⁊ monaſteria:⁊ oẽm xp̃i amabilẽ po/
pulũ.⁊ dixit eis. Filioli mei dilectiſſimi:
oẽs grãs agamꝰ dño.ecce enĩ ouẽ ꝑditaz
debet paſtor bonꝰ ĩ hũeris ſuis reportare
⁊ offerre eccleſie.quapropꝛ debitũ ẽ ⁊ nos
vigiliã facere nocte ac poſtulare eiꝰ beni/
gnitatẽ:vt nõ corruptor animaꝝ vincat
etiaz in hoc facto. Et alacriter populo ag
gregato.per totam noctez poſtulauerunt
deuz cuz bono paſtore cuz lachrymis cla/
mantez pro eo Kirie leiſon. Et mature cũ
omni multitudine populi accepit ſanctus
puerum.⁊ tenens dexteram manum eius
ducebat illũ ĩ ſanctã dĩ eccleſiã:cũ pſalmis
⁊ hymnis. Et ecce diabolus omnium feſti
nans in triſtez vitaz cum oĩ pernicioſa vir
tute aduenit.⁊ inuiſibiliter apprehẽdẽs pue
ruz.conabatur rapere eũ de manu ſãcti. Et
cepit clamare puer. Sãcte dei adiuua me
Et tanta inſtantia ĩprobꝰ aggreſſus eſt vt
etiã memorabilẽ viruz cõpelleret trahens
pueruz. Cõuerſus ergo ſanctꝰ ad dyabolũ
dixit. Improbiſſime ⁊ aiaruz corruptor.pa
ter tenebraꝝ ⁊ perditionis.non ſufficit tibi
tua perditio qua te ⁊ eos q ſub te ſunt affe
ciſti: niſi etiaz ⁊ dei mei temptes plaſma?
Diabolus autez dixit ad eum. Preiudicas
me o baſili.ita vt plurimi ex nobis voces
audirent demonuz hec dicentiũ. clamãte
populo kyrieleyſon. Sãctꝰ aũt dei ait ad
illum. Increpet te dñs diabole.qui reſpon
dens ait ad eũ.baſili preiudicas me. Nõ
ego abii ad eũ:ſꝫ ipſe venit ad me: Abne/
gauit xp̃m ſuum:⁊ mihi profeſſus ẽ: Et ec
ce manu ſcriptã habeo:⁊ in die iudicii ad
cõmunẽ iudicẽ eũ duco. Sãctꝰ dei dixit
Benedictꝰ dñs deꝰ meꝰ nõ deflectet po
pulus iſte manꝰ ꝺ altitudĩe celi:donec red



das manu ſcriptã. Et cõuertẽs ſe dixit po
pulo: Erigite manꝰ vr̃as ĩ celũ clamantes
cũ lachrymis kirie eleyſõ xp̃e eleyſõ kirie/
leyſon. Et ſtente populo ĩ horã mltã extẽ/
ſas habẽte manꝰ ĩ celũ.ecce manu ſcripta
pueri ꝑ aerẽ delata.⁊ ab oibꝰ viſa venit ⁊
ĩpoſita ẽ manibꝰ memorabilis p̃ris noſtri
baſilij. Suſcipiẽs ãt eã ⁊ grãs agens deo.
gauiſus factꝰ ẽ valde:⁊ corã omĩ pplo di
xit ad pueꝝ: Cognoſcis litterulas has fra/
ter? Qui ait ad eũ. Etiã ſcẽ dĩ manu ſcrip/
ta mea ẽ. Et dirũpens manu ſcriptã ſãctꝰ
baſiliꝰ.ꝑduxit eũ ad eccliaz:⁊ dignũ fecit
ſacro miſterio ⁊ cõmunioni myſterioꝝ xp̃i
Et faciẽs ſuſceptõez magnã:refrigerauit
oẽz pplm. Et ducẽs pueꝝ ac iſtruens.ſeu
dans ei reglaz decẽtẽ.reddidit eũ mulieri
eiꝰ ĩtacibili ore glorificantẽ ⁊ laudãtẽ deũ
amẽ. De muliere cuiꝰ pccã ꝑ oroez dleuit

## Ulier quedã diuiti

is ⁊ nobilitate ornata ⁊ ceteris
vite iſtiꝰ vãis miſtratõibꝰ ſupeleuata: q̃ſi
viduitatẽ ↄplectẽs:idecoroſe viſa ẽ ꝑtãte
caſtrimargie ⁊ ꝓdigalitati ſẽp ĩſeruiẽs.ni
hil placidi ꝺo poſſidẽs:ſed porcoꝝ more ſe
ſceno voluptatis ĩuoluẽs ſero q̃nq; ſꝫ diſ/
pẽſatõz dei ad mẽtẽ rediẽs.imẽſurabilita
tẽ ſuoꝝ delictoꝝ illuiata ſilẽter ſola cogi/
tabat:⁊ mltitudinẽ peccatoꝝ ſuoꝝ flebili
ter ſuſpirãs dicebat. Heu mihi peccatrici
⁊ prodige.quõ me excuſabo de actis deli/
ctis meis? Tẽplũ ſpũs ſãcti corrupi.⁊ aiaz
ĩ corpore habitãtẽ pollui. Heu mihi abie/
ctiſſime. Putas dicã me ſicut meretricem
anteriorẽ:an publicanũ:ſꝫ nemo ſicut ego
peccaui:maxime poſt ſcm̃ baptiſma. Quõ
ḡ certa ero:q2 penitẽtẽ ſuſcipiet me deꝰ?
Et hec cogitãte ea.q oẽs vult ſaluare ⁊ ad
agnitionẽ venire veritatis:ĩ mẽte ei miſit
ꝺ iuuẽtute vſq; ĩ ſenectutẽ pctã ſua ſcribe
re ĩ cartha. Que ꝑſcripta nouiſſime oium
ſcripſit:quod erat ei maximum peccatuz:
⁊ plumbo ſignauit eã. Cõſiderãs aũt tem/
pus opportunũ:quãdo ſanctus baſilius ad
ↄſuetas oratões ibat ad ſanctã eccleſiam
cucurrit eã:⁊ ꝓiecit cartham ſecus pedes
eiꝰ:⁊ ſup faciẽ iactans ſeipſam clamabat
dicẽs miſerere mei ſancte dei ſup oẽs pec/
catrici. Stãs aũt btũs xp̃i famulus :ſciſci/
tabat ab ea cauſaz doloris. Que ait. Ecce
dñe oĩa pctã mea ſcripſi ĩ iſta cartha ⁊ ini/
qtates:meas:⁊ ſigillaui eas. Tu autẽ ſan/
cte dei ſigillũ ne ammoueas:ſed tantũ per
orationẽ tuã ea dele. Qui enim dedit mihi
talẽ cogitationẽ:omnino exaudiet te ꝓ me
poſtulãtẽ. Magnus aũt baſilius:tollens
carthã ⁊ reſpiciẽs ĩ celum ait. Dñe tibi ſoli
eſt opus iſtud. Qui enim mũdi pctm̃ tollis
⁊ vniꝰ aĩe iſtius faciliꝰ delere potes pctm̃
omnia enim noſtra delicta numerata ſũt a
pud te.miſericordia aũt tua ĩnumerabilis
⁊ ĩueſtigabilis ẽ. Et hec dicẽs:itrat eccliã
tenẽs carthã:⁊ proſternẽs ſeipſũ ⁊ ponens
carthã ſecus altare mãſit ꝑ omnez vigiliã
orans:⁊ craſtino per omne ſcm̃ myſterium
deprecãs deũ. Et poſt cõpletionez ſancto
ruz miſteriorũz.vocauit mulierez ſecrete
aſtantibus paucis clericis:⁊ oſtendens eis
carthã dixit ad eã. Audiſti mulier:quia ne
mo põt dimittere pccã niſi ſolus deꝰ? Que
dixit. Audiui ſcior.⁊ per hoc admoui te ad
interceſſionez miſericordiſſimi dei. Et hec
dicens ſoluit carthã:⁊ ĩuenta eſt tota ĩſcri
pta.mãſit aũt magni peccati.ſceleſtũ opus
nõ deletũ. Uidẽs aũt mulier.puſillanimis
effecta ẽ:⁊ percutiẽs pectus ſuũ manibus
cecidit ad pedes epiſcopi clamãs miſerere
mei ſerue dei altiſſimi.⁊ quẽadmoduz pro
omnibus iniquitatibus meis certaſti: ſic ⁊
pro iſta poſtula ⁊ omnino delebitur. Ar/
chiepiſcopus autem lachrymatus eſt: pro/
pter indulgentiaz dicens. Surge mulier.
quia ⁊ ego peccator ſuz:indigens indulgẽ
tia. Qui deleuit tua peccata quanta volu
it potens.eſt tollere ⁊ iſtud a te:qui tollit
peccata mundi: Si cuſtodieris amodo nõ
peccare ⁊ vias domini ambulaueris: non
tantum indulgebit tibi:ſed ⁊ gloria digna
eris. Uade ergo ad heremuz.⁊ ĩuenies vi
ruz ſanctũ ⁊ nominatũ ĩ omnibus nomine
effrẽ. Iſti da carthaz:⁊ poſtulans placabit
deũ pro te. Mulier autez concite a ſan/
cto ad heremuz cucurrit:⁊ tranſiliens lon

gitudinez vie ad predictū ſibi locuz magni
beremite peruenit: Et pulſans oſtiuz cla/
mabat dicēs miſerere mei ſancte dei. Qui
preſciens propter quā cauſā aſtiterit: dixit
ei. vade a me mulier. qꝛ bō peccatoꝛ ſuz: i/
digens ⁊ ipſe auxilii. Illa aūt proiecit car/
thā dicens. Archiepꝯ baſilius miſit me ad
te. vt orans ad deū deleat iniquitatē meā
que i ipſa cartha cōſcripta iacet. Ceteras
oēs ipſe ſcūs orās deleuit: tu autē pro vna
noli pigritari dprecari deū. Ad te eni miſ
ſa ſuz. Non filia non. Qui eniz pro multis
ꝑualuit placare deū: ⁊ ꝑ vno poterit plus
me. vade ergo ⁊ noli ſtare: vt cōprehēdas
eū an eius trāſitū. Mulier autez concite a
ſancto effrez reuerſa eſt ceſareaz. ⁊ intran/
te ea in ciuitatē: obuiauit corpus portanti/
bus ſancti baſilij. Et videns cepit clama/
re voluens ſe in humo: ⁊ cauſabatur cum
ſancto dicens. Heu mihi miſere. heu mihi
ſancte dei. propter hoc miſiſti me ad here/
muz vt imoleſtatus a me tranſires: ⁊ ecce
in acta reuerſa ſuz: inuanum pertranſiens
pelagus vie. videat deus. ⁊ iudicet inter
me ⁊ te: quia placare potens deuz ad alte/
ruz me miſiſti. Et hec clamās proiecit car/
thaz ſuper feretruz: ſubtiliter enarrans de
cauſa omni populo. Unus autez de clero
volens videre quale peccatum eſſet: tulit
carthaz: Et abſoluens inuenit eam ſuper
totuz inſcriptam: ⁊ clamauit voce magna
dicēs ad mulierem. Inſcripta eſt cartha o
mulier quid laboras neſciens in te factam
clementiam? Multitudo ergo videns
āmirabile miraculuz gloꝛificauit deuz qui
dedit poteſtatē hominibus ſuper terrā di/
mittere peccata: dans etiā gratiā ſuis ſu/
is ⁊ poſt mortez ſanare omnē īfirmitatez. ⁊
omnē languorē: ſed ⁊ peccata fide acceden
tiū dimittere. De ioſeph hebreo iterſerit hi
ſtorie. Hic ioſeph egregi⁹ in arte medicina
lis diſcipline valde probatus: ſimul ⁊ illu/
ſtris cuz fuiſſet in ipſa peritia ſūmaz ſcien/
tiaz habebat tactu eius vene preſcire cau
te ante tres vel quinque dies. ſi quis de/
beret de his tranſire tumultibus: ad meli/
orē ſtabilitatez Inuidioſuz autez multuz

dine medicoꝛuz dei ſer pater noſter baſili/
us: ex diuino ſplendore preſciens. q debe
ret dari ei diuini baptiſmi donum valde
amabat euz ⁊ aſſidue ad colloquiuz voca/
bat illuz docens euz regiaz viaz ſalutis ⁊
veritatis ābulare. poſtulabatque illuz di/
ſcedere de polluta religione: ⁊ ꝑ baptiſmū
īduere xp̄m. Qui ñ acqeſcebat dicens. qꝛ
i fide qua natus ſū. i ipſa ⁊ finiaz. Sanct⁹
autez dei dixit ei. Crede ioſeph: nec tu nec
ego de iſtis tranſibim⁹ tumultibus. donec
renouet te dn̄s meus ieſus xp̄s. per aquaz
⁊ ſp̄m. ſine iſtis eni īpoſſibile eſt introire in
regnū celoꝝ. Nunquid ⁊ patres tui nō ba/
ptizati fuerunt in nube ⁊ mari. ⁊ biberunt
ex ſpiritali ſequenti eos petra. Petra aūt
erat chriſtus. Qui in nouiſſimis diebus
ex virgine incarnatus. ⁊ propter noſtram
ſalutē hūanatus: ⁊ mirabilia agens paſſus
ac ꝑ patribus tuis crucifixus ⁊ ſepult⁹: ⁊
tertia die reſurgēs in celuz aſcēdit. ⁊ ſedet
ad dexterā patris: ⁊ veniet i multa gloria
cū angelis ſuis iudicare viuos ⁊ mortuos
⁊ reddere vnicuiqꝫ ſm opa eius. Impoſſi
bile eſt ergo: ſicut dictū eſt: omnē hoīez in
regnū dei introire. niſi per aquā ⁊ ſpirituz
⁊ participationē viuificoꝝ ⁊ incontamina/
toꝝ myſterioꝛuz corporis ⁊ ſanguinis ieſu
chriſti. Et talib⁹ orationib⁹ ꝓbat⁹ operari⁹
dei cultor colloquebaī cū eo: ipſe autez nō
audiebat euz. Quādo vero ꝓſperauit de⁹
qui ſegregauit euz ex vtero matris ſue. ſu
ſcipe eū ſacti ſpirit⁹ gratiā: debēs ſact⁹ de
his trāſferri tumultibus duxit eū occaſiōe
ad ſe medicialis diſcipline: ⁊ dicit ei. Quo
modo vides que erga me ſunt? ille a tactu
vene ſentiens virtute eius mortez īmine
re: dixit ad domeſticos ipſi⁹: que ad ſepul/
turaz ſunt indumenta preparate. iſte eniz
pene moritur. Dicit ei magnus baſilius.
Neſcis quid dicis. Dicit ad euz ioſeph he/
breus. Crede dn̄e: ſol cū ſole occidet hodie
Et dicit ei ſanct⁹. Et ſi non morioꝛ vſqꝫ ad
matutinū. quid? Dixit hebreus. Nō ē poſſī
bile dn̄e hoc fieri. vix eni vna hora erit aīa
tua i te. Sed diſpone iaz eccleſiaz tuam ⁊
res tuas: non eni obſcurabit dies hodie in



te. Dicit ei ſāctus. Et ſi vixero ītraſtinum
vſqꝫ ad horam ſextaz. qd facies? Qui ait.
Ego moriar. Dicit ei ſāctus. Etiā vt mori
aris peccato. viuas aūt i xp̄o tuo: dicit ei
hebreus. Scio qd dicis: ⁊ facio iuſſionem
tuam. ſi ſicut dicis fit. Cū iuramētis horri
bilib⁹ ꝓmittēs. qꝛ ſi vixerit dñi diſcipulus
oīno accipe ſacti ſpirit⁹ gratiā. dei cultor
pater noſter poſtulauit deū. additōez vi/
te dari ſibi: vt illū hebreū ſaluaret. miſit ꝗ
ſāctus mane: ⁊ vocat hebreū. Qui diffi/
dens aduenit putās oīno eū mortuū: ⁊ vi
dens illū viuētē i ſtupore fact⁹ ē. ⁊ ꝓici/
ens ſe ad pedes ei⁹ dixit. i vero corde di/
co. nō ē de⁹ magn⁹ ſicut xp̄ianoꝝ ⁊ nō eſt
de⁹ ampli⁹ eo. Nego ꝗ xp̄e odibilē religio
nem iudeorum: ⁊ accedo fideliter veritati
xp̄ianoꝝ. iube ergo ſine dilatiōe dari mihi
in xp̄o ſignaculū. ⁊ ſanctū baptiſma: ⁊ toti
domui mee. dicit ei ſanctus dei. Ego ma/
nibus meis baptizo te: ⁊ omnem domum
tuam. Procedens ergo iterum medicus.
⁊ tangens dexteram manum eius. dixit
ei. laſſe facte ſunt virtutes tue domine. ⁊
natura valde defecit. Dicit ei ſanctus. Ha
bem⁹ nature creatorē ɔfortantē nos. Et
ſurgēs venit i ſāctā dei eccleſiaz: ⁊ corā oī
pp̄lo baptizauit eū cū tota domo ei⁹: vo/
cans nomē illi⁹ iohēs. Cōmunicās aūt eū
viuificis miſteriis. aſſūpſit eū ⁊ duxit in
dormitoriū ſuum. dans ei eſcā: ⁊ docebat
eū q̄ ſūt eterne vite: adiiciēs euz ouili ſuo
cū mulierib⁹ ⁊ filiis nouiter electū militē:
medic⁹ aūt ſequētib⁹ dieb⁹ ptrāſibat hādi
crōalcs domos: ⁊ dabat donatā ſibi dñ me
dicina pecuniā: ⁊ qđ ei erat reſiduū. Et cir
ca horā nonā ſtetit magn⁹ pr̄ nr̄ baſili⁹ ad
miniſteriū miſſe i ſancta eccleſia ſimul cuz
electis cleri: ⁊ ciuitatis capitaneis: ⁊ iteruz
cū ipſis panē. dimiſit eos: inſtruens ⁊ oſcu
lans eos i oſculo ſcō. ⁊ nouū chriſti militez
cōmēdās etiā ⁊ oēs dn̄o: atque diſpoſitaz
ſibi conſepelire ſūpſit tertiaz partez. que a
dn̄o data fuit ei cōmunionis: ⁊ recūbens i
lecto gratias egit extēſe dn̄o ⁊ dō noſtro. i
pegrinatiōe a corpore. ⁊ fide medici. ⁊ ad/
huc gratie cū eſſet i ore eius reddidit dn̄o

ſpirituz. ⁊ additus eſt principibus ſacerdo/
tuz. predicatorib⁹ quoque magnis. magni
verbi tonitruū. Uidēs aūt ex hebreis fi/
delis medicus. qui ſicut dixit hō dei ⁊ ma/
gnus pricepꝯ ſacerdotū baſili⁹: ſic ⁊ requi
euit: cadens ſuper pectus eius cuz lachry/
mis. dicebat. vere ſerue dei baſili. ſi nō vo
luiſſes: nec modo mortuus fuiſſes: Craſti/
na autem congregata eſt multitudo. ⁊ du/
xit honorificuz corpus eius qui vicit mate
rialez īſtationez i ſanctā eccleſiā: cū omni
oblatione aromatū ⁊ thymiamatū ſepeli/
entiū. Audiēs autē gregorius nazāti cp̄us
currēs ⁊ ipſe aduenit: ⁊ vidēs honorificuz
corpus ꝓcidit ſup illud. Et lamētans mul
tū ad orationē hortabaī populū. i hymnis
⁊ canticis ſpiritualibus: cū decēti honore
glorioſaz memoriā magni ſacerdotis face
re ſimlqꝫ cōcurrētib⁹ duodeci ep̄is. ⁊ mul
titudie ciuitatis: depoſuerūt eū i archariſ
mū marmoreū. i tēplo ſancti ⁊ glorioſi mar
tyris iſſchii. vbi ⁊ leonci⁹ an̄ eū ep̄s cū ce
teris dormit. Regeuit autez angelicā vi/
tā i tr̄a agēs magn⁹ baſili⁹. mēſe ianuario
die prima: quito āno iperii valētis ⁊ valē/
tiniani: memoriā ſue vite dreliquēs eccl̄ie
q̄ ē ſꝫ opationē ſci ſpūs ɔſcripta cū eo i ce
leſti libro: i glīā ⁊ laudē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. cui
cū pr̄e ē glīa ſit ⁊ ſcō ac viuifico ſpū: nūc ⁊
ſemp ⁊ i ſcl̄a ſecloꝝ am̄. Explicit vita bea
tiſſimi baſilii archiepiſcopi ceſarie capado
cie: Incipit vita ſancti patris Effrem.

## Ratres enarratio

nem volo facere de baſilio memo
rabili ⁊ effrem ſyro que ſunt apud deum
⁊ pr̄e nr̄o viſore: que etiaz de ſancto ⁊ non
mentiente ore eius audiui: Eſt autem ſic.
Effrem memorabilis cū eēt i heremo qua
dam ſplendore ſpūs ſci illuſtrante: videns
quēdā de amatoribus eius: ⁊ iterrogatōe
diſcēs mirabilia opa pr̄is noſtri baſilii: ſine
intermiſſione poſtulabat reuelari ſibi qua
lis eſſet magnus baſilius. In extaſi ergo
factus: vidit columnam ignis cuius caput
pertingebat celū: ⁊ vocē deſuper dicentē
audiuit. Effrem effrē: quēadmodum vi/

diſti columnã iſtaʒ ignis talꝭ ⁊ magnus eſt baſilius. Et continuo accipiens interpre/teʒ. eo ꝙ neſciebat loqui grecaʒ linguam venit ad magnaʒ eccleſiaʒ magni nominiſ ceſaree capadocie pueniẽs i ipſa ſancta feſtiuitate ſancte theophanie ⁊ itrãs clam vidit procedenteʒ i eccleſia magnũ baſiliũ ⁊ dicit ſequẽti ſe. Inuanũ laborauimꝰ: vt ſuſpicor frater. Iſte eniʒ i tali ordine cum ſit non eſt quẽadmodũ vidi. vidit eni euʒ in/dutuʒ ſtola candida. ⁊ qui circa euʒ erant ſacꝝ clerũ candidiferũ. Et procedente eo ſtãs i loco occulto eccleſie. deſperabat pro huiuſmodi materia dicẽs ſecũ. Nos q portauimꝰ põdus diei ⁊ eſtus. nihil ɔſecuti ſumus. ⁊ hic i tali cũ ſit ſtipatiõe ⁊ honore humano. columna ignis eſt. Miror valde.

Iſta igiꝭ eo ſic loquẽte: mitit ſanctus baſi/lius archidyachonuʒ ſuũ dicens. Vade circa portã occidẽtalẽ: ⁊ i angulo eccleſie inuenies abbatẽ effrem. habentẽ cucullã. cũ altero quodã cũ parua barba puſillũ ⁊ cete/ra de vultu eiꝰ: ⁊ dices ei. Iube. intra pre/ſbyteriuʒ: vocat te pater tuus archiepũs. Et diſcẽs dominus effrem per interpretẽ que dicebantur reſpondit dicens. Erraſti frater: nos peregrini ſumus. Et abiens archidyaconus: rettulit beato baſilio iſta.

Magno auteʒ baſilio ſacros libros legente. videns ſanctus effreʒ linguaʒ igneaʒ loquenteʒ per os eius. Et dicit ſanctꝰ archi/dyachono. vade ⁊ dic ei. Domine effrẽ iu/be intra ſactũ pſbyteriũ: Obſtupuit ergo i iſtis ſanctus effreʒ glorificãs deuʒ. ⁊ genu flectẽs reſpõdit dicens. vere magnus baſilius: hec colũna ignis. vere ſpiritus ſãctꝰ loquitur per os eiꝰ. Poſtulauit aũt archidy/aconũ excuſare ſe: ⁊ vt magis poſt miniſterium in ſecretario ſalutaret euʒ. Intrans itaque poſt cõpletioneʒ miniſterij baſiliꝰ magnus in ſecretarium vocauit ſanctum effrẽ: ⁊ i domino ſalutationẽ reddidit ei dicẽs. Bñ veiſti o pater filioꝝ heremi. bñ veniſti q multiplicaſti diſcipulos xp̄i i ipſa heremo: ⁊ demones eminaſti i xp̄o. In qbꝰ laborꝰ tuꝰ pater veiſti videre peccõrẽ hoieʒ. det tibi deꝰ mercedẽ ſm laborẽ tuũ. Et reſpondens ei honorificentiſſimus effrem ⁊ perdicens omnia que in corde eius erãt colenda ſimul cum coeſſente ſuo abbatem communicauit de ſanctis manibus eius ⁊ faciente eo caritatem: dixit ſanctus effreʒ Pater honorificentiſſime: vnam poſtulo gratiam a te: annue eam dare mihi. Qui ait ad eum. Iube ⁊ dic que videntur tibi. Multa enim debeo maxime pro labore tuo ad meam preſentiam. Dicit ei hono/rificentiſſimus effrem. Scio pater ſancte quia quantacunque poſtulaueris a deo tribuet tibi ⁊ volo vt deprecceris dominuʒ quatenus loquar grece. Qui ait. ſuper virtutem meaʒ poſtulaſti. Sed quia fideliter petiſti. veni pater honorificentiſſime. ⁊ he/remi magiſter. poſtulemus dominum. po/teſt enim facere voluntatem tuam. Scri/ptum eſt enim. Voluntatem timentium ſe faciet. ⁊ deprecationem eorum exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos. Et facientes orationem in multaʒ horam: reſurgentibus eis: dixit magnus baſilius. Cur domine effrem. non accipis ordinationem preſbyterij: quia decet te? Dicit ei per interpretem ſanctus ef/freʒ. Quia peccator ſuʒ. Reſpondit ei ſanctus. Vtinam peccata tua ego habuiſſem. ⁊ dicit ei. Flectamus genua. Et iacenti/bus eis in humo: poſuit manum ſuaʒ in ſanctum effrem magnus ſacerdos: ⁊ dixit ei que ſunt dyaconi. Et dixit. iube. ſurgere nos fac. Aperta ergo lingua eius: dicit ſanctus effrem greca lingua. ſuſcipe. ſalua. miſerere. ⁊ cuſtodi nos deus gratia tua. Tũc impletum eſt quod ſcriptum eſt in prophe/ta. Tunc ſaliet claudus ſicut ceruus: ⁊ apta erit lingua mutoruʒ. Et loquente eo grece in ipſa hora: glorificauerunt deuʒ omni/potentem ⁊ exaudientem poſtulationem deprecantium ⁊ timentium ſe. Et ſpiritualiter letantes per tres dies. atque ordinãs ſanctus ſacerdos interpretem in dyaconẽ ipſum vero beatum effrem in preſbyteruʒ dimiſit eos in pace: glorificantes deum in oĩbus que audierũt ⁊ viderunt. ſicut locutꝰ ẽ ad eos. Finit vita beati patris Effreʒ. ⁊ percõſequẽs liber primus vitaſpatꝝ



# Incipit regiſtrũ ſecũdi libri de vita ſanctorum patrum.

Interrogatio quorundam fratrũ ad ſenẽ ſuper cauſa abſtinẽtie. §.i.
De monacho i heremo cõmorante quẽ in/terrogauerũt fratreſ quõ toleraret tãtos labores: ⁊ reſponſio eiuſdem §.ij.
De monacho q differebat comedere cibũ ab hora tertia vſqʒ ad ſextam §.iij.
De monachis q egreſſi de mõaſterio pre/rerũt ad viſitãdũ heremitas. §.iiij.
De monachis q inter diuina colloqa obliti ſunt ſumere cibum. §.v.
De abbate Zenone q cucumereʒ rapere voluit: ⁊ pro hoc ſe affilixit §.vj.
De diſcipulo cuiuſdaʒ ſenis qui impugnabatur a ſpiritu fornicationis. §.vij.
De alio fratre qui ſimiliter impugnabaꝭ ⁊ ſepiꝰ veniens cõfitebatur ſeni §.viij
De temptatione abbatis moyſi §.ix.
De heremita qui impugnabatur ſup ſpẽ cuiuſdam mulieris: ad quẽ venit aliꝰ mõachꝰ ⁊ nũciauit ꝙ mortua eẽt ip̃a § .x.
De duobus monachis qui perrexerũt ad ciuitatem opera ſua vendere. §.xj.
De monacho qui ĩpugnabaꝭ a fornicatiõe ante quẽ vidit ſenior ſpiritum fornicatio/nis i diuerſis mulieꝝ ſpẽbꝰ ludẽtẽ. §.xij
De monacho qui cecidit in fornicationẽ ⁊ de alio cuius geluſculus v̾ſabatur. §.xiij.
De monacho qui fecit ex luto quaſi figuram mulieris. §.xiiij.
Interrogatio monachi ad beatum Poe/men ſuper ĩpugnationẽ. §.xv.
actuū meoꝝ reddere rōem. Si igit̄ ſic ſēꝑ
meditat⁹ fueris poteris ſalu⁹ eē atqꝫ ɔpū
ct⁹. Et tu o fr̄ fidelis hec audiens. fac ſic vt
iſte ſeru⁹ dei hortatur. Cogita de penis in
ferni. vermis ibi non morit̄. ignis nō extin
guit̄. luctus nunꝙ ceſſabit. pena nunꝙ fi
niet̄: ⁊ ſi ſemper hec cogitaueris ſaluabe
ris. Recole ſēper illđ qđ abbas helias di
xit. Ego tres cās timeo. Primā qn̄ egreſ/
ſura eſt aīa mea de corpore. Secūdā quā
do occurſur⁹ ſū deo. Tertiā quādo aduer
ſum me ſnīa eſt proferenda. Et tu frat̄ hec
meditare. hec cogita hec tracta ſollicite vt
inferni laqueos poſſis euitare ⁊ ad regna
celorum merearis conſcendere. Lugēduꝫ
ħ eſt. quia ſcriptum eſt. Beati qui lugent
quoniam conſolabuntur. Neqꝫ hoc de
omni luctu dicit. quia ſunt luctus multi.
qui de parentū morte ſiūt vel amicorum
et q res quas deſiderāt adipiſci nō poſſūt
qui pro ſuo luctu non ſunt beati. Solum/
modo illi lugentes beati ſunt. qui ſua vel
aliorum lugēt peccata: ſicut ſamuel defle
bat ſaul: ⁊ paulus deflebat eos q non ege
runt penitentiā a fornicatione ⁊ immundi
cia ſua. Defleam⁹ in hac vita noſtra peccā
ta ⁊ aliorum: quia dictum eſt lugentib⁹. lu
ctus veſter vertetur in gaudiū. Semine
mus nunc in luctu: vt metamus tūc i gau
dio: cum quib⁹ pſalmiſta dixit. Eūtes ibāt
⁊ flebant mittentes ſemina ſua. Venien/
tes autem venient cum exultatione por
tantes manipulos ſuos. Vides auteꝫ quo
modo beatus i ſcripturis eſſe predicatur
luct⁹. Audi adhuc quid ſupra i vitiſpatrū
ſcriptum ſit de eo. Miſerunt aliquan/
do ſenes de monte nyteri. ad abbateꝫ ma
charium maiorem in ſcithi. rogantes vt
veniret ad eos: alioquin ſciret oēm mul/
titudinem ad ſe eſſe venturam. eo ꝙ de
ſiderarent euꝫ videre. anteꝙ migraret ad
dominum. Qui cum veniſſet in montem
congregata eſt multitudo fratrū ad eum
Rogabant autem fratres vt faceret ver
buꝫ ad eos. Ille autem lachrimans ait. plo
remus fratres et producant oculi noſtri la
chrimas: anteꝙ eam⁹ hic vbi lachrime no
ſtre corpora noſtra comburant. ⁊ fleuerūt
omnes proni in faciem ſuam dicentes.
Pater ora pro nobis. Abbas etiam ſil
uanus aliquando ſedens cum fratribus
factus eſt in exceſſu mentis. et cecidit i fa
ciem ſuam. Et poſtmodum ſurgens: plora
bat. Et interrogauerunt euꝫ fratres dicē
tes. Quid habes pater? Ille autem tace
bat ⁊ flebat. Cōpellentibus autem illis di
xit. Ego ad iudicium raptus ſū. ⁊ vidi mul
tos de habitu noſtro ire ad tormenta: et
multos ſeculares ire ad regna. ⁊ lugebat
ſenex. et noluit deinceps exire đ cella ſua
Sed ſi exire cogebatur operiebat cuculla
faciem ſuam dicens. Quid neceſſe eſt vi/
dere lumen hoc temporale in quo nihil eſt
vtile. Manifeſtuꝫ eſſe prudentie tue cre
do. ꝙ magna ſit virtus compūctionis: per
quam peccata delentur et virtutes acq/
rantur. Nolo autem vt ab hac virtute
tua ſit mens aliena que in peccatoribus
hominum habitat. Per hanc multi domi
no placuerunt: per hanc diabolus vincit̄

per hanc vicia ſuperantur. per hanc dñs
ad miſicordiã ꝓuocatur. per veras eteniꝫ
lachrymas ea que dicta ſunt complentur
Ueras nãqꝫ lachꝛimas habet. qui hoc nõ
committit quod defleṫ:hoc eſt docte plãge
re. Docte plãgit. qui plãgens malũ quod
fecit:non perpetrat. quod iterum plãgere
debeat. Dicit eniꝫ iſidoꝛus:qꝛ liberioꝛ ẽ ñ
penitens q̃ꝫ qui adhuc agit quod pẽiteat

De qualitate compũctiõis. Cap̃. x.

# Ea pꝛopter poſt lu

ctum ãmonenda eſt beatitas tua
vt quod plangitur deſiderio emẽdãdi. ne
iterũ delectetur diabolo ſuadente. Cani
namqꝫ aſſĩatur omnis penitens qui plan
gendo iterum committit quod plangat.
Canis reuerſus ad vomitum et pẽitẽs ad
peccatum. Multi eniꝫ lachꝛimas indeſi/
nenter fundunt et peccare non deſiſtunt.
Et ideo dilectiſſime caritatem tuam hoꝛ
toꝛ. vt quod plangis: iterum iterare non
velis. Scito ergo ꝙ ille qui quod plãgit
iterum committit. ſimilis ſit illi qui lauat
laterẽ crudũ. q̄a ĩ eo qȯ magis lauat: ma
gis lutũ facit. Eſaias nãqꝫ hoꝛtaṫ dicẽs.
Lauamini mundi eſtote: auferte malum
cogitationum veſtrarum ab oculis meis.
Lauatur etenim et mundus non eſt qui
quidem peccatum plangit ⁊ iterat. Laua/
tur: et mundus efficitur. quiſquis plangẽ
do malum quod fecit iterum non commit/
tit. De illa enim anima que plangit mala
ſua et iterat: de ipſa ſcriptum eſt in pꝛophe
ta. Quam vilis facta es nimis iterans vi/
as tuas. Non ideo hec tibi ſcribo. vt de te
ſuſpicer talia: ſed vt pleniter et lucide ſci
as qualis compunctio eſſe debeat.

Ammonitio de modo oꝛandi. ca. xj.

# Et quia tibi manife

ſta eſt iam compunctionis virtus
reſtat vt modus oꝛandi tibi pandatur. Do
minus enim oſtendit modum oꝛandi: cum
rogatus a diſcipulis vt eos doceret oꝛare
dixit. Cum ſtatis ad oꝛandum: nolite mul
tum loqui: ſed dicite. Pater noſter et reli
qua. Oꝛatio bꝛeuis eſſe debet: niſi foꝛte
ex affectu diuine gratie pꝛotendatur. De
beato arſenio dicebant qꝛ veſpere ſabba
ti luceſcente in dominica: relinquebat pꝰ
ſe ſolem. extenſis manibus ad celum oꝛãs
donec mane die dominico aſcendens ſol:
illuſtraret faciem eius: et ſic reſidebat. Ui
deat ergo o ſanctiſſime frater caritas tua
q̃ꝫ foꝛtis iſte vir fuerit ĩ oꝛationis officio
qui de veſpera vſqꝫ mane extenſis mani/
bus oꝛabat. Non ideo hoc tibi ſcripſi. vt
tu ſic facere tempꝛes: ſed vt affectuꝫ et ſtu
dium quod ille per totam noctem vel eti/
am per totum tempus habebat. tu vel re/
gularibus hoꝛis habere ſtudeas: et ſic ſtes
in oꝛatione. vt mens tua concoꝛdet vo/
ci tue. Audiat igitur dilectio tua adhuc
verbum de modo oꝛandi. Narrauit ab/
bas dulos: qui fuit diſcipulus abbatis be
ſarionis. dicens. Ueni aliquando in cellaꝫ
abbatis mei. et inueni eum ſtanteꝫ ad oꝛa
tionem et manus ſuas extenderat ad ce/
lum. permanſerat autem perficiens iugi/
ter quatuoꝛ dies: et poſt hec vocauit me
dicens. Sequere me. Et exeuntes perre
ximus in heremum. et cum ſitirem. dixi.
Abba ſitio. Ille autem tollens peram di/
ſceſſit a me quantum iactus eſt lapidis. et
facta oꝛatione attulit eam aqua plenam.
Et iuimus in ciuitatem illico. Et venimꝰ
ad abbatem ioannem: et ſalutantes eum
fecimus oꝛationem. Deinde ſedentes ce/
perunt loqui de viſione quam viderant:
Dicebant autem ſe audiſſe de abbate ſy/
ſoio qꝛ niſi manus ſuas cito depõeret qñ
ſtabat ad oꝛationem: rapiebatur mens eiꝰ
in ſuperioꝛibus. Si ergo contingebat ali/
q̄s fratꝝ cũ eo oꝛare: feſtinabat cito depo
nere manus ſuas ne raperetur mens eius
et moꝛaretur. Dicebat etiam ſenex alius.
qꝛ aſſidua oꝛatio cito coꝛrigit mentẽ. Dice
bat quidam patrum. quia ſicut impoſſibi
le eſt vt videat quis in aqua turbida fa/
cieꝫ ſuã: ſic et anima niſi purgata fuerit a
cogitationibus alienis non poteſt contẽ/
plari deum. Audiſti quoqꝫ ꝙ abbas ſyſo
ius niſi cito dimitteret manus. raperetur



in contemplationem. Quare ꝫ repente ĩ cõ
templationẽ rapereṫ. Sine dubio moꝛtifi
catꝰ erat. Audiat igitur dilectio tua qua/
le ſtudiũ beatꝰ Paulus monachꝰ habuit
oꝛandi. qȯ in eccleſiaſtica hyſtoꝛia ſcriptũ
habeṫ. Fuit paulus de libia ſcithiꝯnõ mi/
nus quinquaginta habẽs monachos. nihil
aũt operabaṫ neqꝫ percipiebat: niſi qȯ co
mederet tantũ. Oꝛabat aũt ſolũmodo. ⁊
veluti quoddã tributũ habens ĩpoſitum:
treccẽtas oꝛationes deo vnaqueqꝫ die red
debat. Et ne vna die dereliqueret trecen
tos lapides ponebat. ⁊ ſingulis oꝛatiõibꝰ
lapidẽ in ſinũ mittebat. Expenſis ꝫ lapidi
bus oꝛatiões ſciebat eẽ cõpletas. Multũ
igitur debemꝰ nos humiliare: qui ⁊ longe
ab illoꝝ meritis quorũ ſuperiꝰ mentio fa
cta eſt diſtamꝰ: ⁊ ſic pꝛõpti ad orationẽ fa
ciendam non ſumꝰ vt illi. Oꝛatio ꝟo iũcta
cõpunctioni magna ꝟtus eſt. Uolo quoq̃ꝫ
vt ſolerter attẽdas ꝙ ih̄s xp̄s ac dominꝰ
ſaluatoꝛ noſter volẽs oꝛare aſcẽdit in mõ
tem. Ideo ih̄s oꝛaturꝰ in monteꝫ aſcendit
vt ⁊ tu montem oꝛando conſcendas. Ne/
quaq̃ꝫ aũt omnis qui oꝛat in montẽ aſcen
dit. Ille ꝟo qui ĩ oꝛatiõe moꝛtẽ inimici ſui
querit: aut res mundi huius: vt honoꝛabi
lioꝛ in hoc mõdo eſſe poſſit: nequaq̃ꝫ ĩ mõ
tem oꝛando conſcendit. At cõtra qui ĩ oꝛa
tione pꝛo remedio anime ſue: ſiue pꝛo alio
rum peccatis deuꝫ depꝛecatur. iſte abſqꝫ
dubio in montem aſcendit. Uide vt hec
legas attente deo dicatus. vt oꝛdinatim
de moꝛtificatione venias ad compunctio
nem: illamqꝫ habendo noſcas moduꝫ oꝛã
di. De pugna vitioꝛum aduerſus vir
tutes. Capitulum. xij.

# Sed quia lucide de

nonnullis inſtructus es virtutibꝰ
reſtat vt mente perpendas: quanta lucta
tio ſit vicioꝛum aduerſum virtutes. Ma/
gnum quoqꝫ certamen eſt vitioꝛuꝫ ad vir
tutes. Tunc enim poteris omnia vincere.
vicia pugnando cum diuino adiutoꝛio: ſi
contra ſingula oppoſueris virtutes. So/
let enim vitioꝛum pugna aduerſum virtu
tes ad pꝛofectum hominis venire: quia p̄
illud certamẽ mens exercitatur. et ab ela
tionis vitio purgatur. Contra ſingula
quoqꝫ vitia virtutes ſunt adhibende. Cõ/
tra luxuriam munditia coꝛdis adhibenda
eſt. Contra iracundiam vero patientia
opponenda eſt: mittenda eſt fiducia cõtra
timoꝛem. Contra toꝛpoꝛem vero zelus
opponendus eſt: contra triſtitiam malam
adhibendum eſt gaudium ſpiritale. Con
tra accidiam vero foꝛtitudo aſſumenda
eſt. Contra auaritiam aſſumenda eſt
largitas. Contra ſuperbiam autem hu
militas pꝛoponenda eſt: contra odium aſ/
ſumenda eſt caritatis virtus. De hoc. n.
certamine Paulus dicit apoſtolus. Caro
concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus au
tem aduerſus carnem. Hec enim ſibi in
uiceꝫ aduerſantur: vt non quecunqꝫ vul/
tis illa faciatis. Et tu cariſſime hec legen
do. ⁊ memoꝛie commendando ſtude cõtra
hoſtis antiqui inſidias viriliter dimicare.
Si te ſomnolentia grauat: ſtude illaꝫ vin
cere amando vigiliam: quia ſomnolen
tia per vigiliam deſtruitur. Si te dele
ctat balnearuꝫ vſus: veniat tibi ad memo
riam beatus Iacobus frater domini. qui
primus poſt apoſtolos hyeroſolimoꝛuꝫ re
xit eccleſiam. de quo Joſephus narrat ꝙ
nunq̃ꝫ carnem comedit. nec vnq̃ꝫ balneo
vſus fuerit: nec lineis veſtibus ſit ĩdutꝰ.
nec caput ſuum ſcd̄m conſuetudinem ſue
gentis oleo vnxit. Si in dilectionem ti
bi delitie veniũt pꝛopone ante oculos tu/
os Joannem baptiſtam: qui fuit in vtero
matris ſue ſanctificatus. de quo dominꝰ
ieſus dixit ꝙ nemo maioꝛ illo inter natos
mulierum ſurrexit. Narrat de eo ſanctuꝫ
euangeliuꝫ: ꝙ mel ſilueſtre ⁊ locuſtas ede
bat. Si ei qui in te peccat: qui tibi de/
trahit aut maledicit. vel ĩ aliquo ledit nõ
potes ignoſcere ſi vis/ veniant ad memo/
riaꝫ quanta ⁊ qualia paſſus ſit pꝛo te chꝛi
ſtus. Pꝛo te enim homo factus eſt moꝛ
talis ⁊ paſſibilis: qui erat immoꝛtalis ⁊ im
paſſibilis: aſſumpſit pꝛo te carnem ex vir
gine in qua pateretur ⁊ moꝛereṫ. Pꝛo

te quoqꝫ fuit flagellatus: alapis ceſus
ſputis linitus: ſpinis coronatus: ad extre/
mum etiam crucifixus. Pro te eniꝫ hec
omnia ſuſtinuit chriſtus: vt te a diaboli po
teſtate liberaret. Pendens vero in cruce
quid dicebat. Pater ignoſce illis: quia ne
ſciunt quid faciūt: Jlle igitur qui ſine pec
cato occidebatur pro ſuis inimicis orabat
⁊ tu ſi aliquam moleſtiam pateris ab ali
quo non potes dimittere? Credo quoqꝫ
ſi iſta que dico ſubtiliter cogitare volue/
ris: omnib⁹ in te peccātibus toto ex corde
facile dimittere poteris. Hec meditan
do. hec mente diſcutiendo. poteris irā vin
cere: poteris omnes diligere: poteris do/
mini implere preceptum. Diligite inimi
cos veſtros: benefacite his qui oderunt
vos: ⁊ orate pro perſequentibus ⁊ calūni/
antibus vos: Si tibi venit voluntas va
gandi: recole ꝙ iam mortuus es: ꝙ cruci
fixus es. Nunquid crucifixo homini ve
nit voluntas vagandi? Non. quia nihil co
gitat niſi de morte ſua. Et tu iam mortu
us es huic mundo: vide ne aut tu illi: nec il
le tibi reuiuiſcat Dic potius cum apoſto
lo paulo. Mihi mūdus crucifixus ē ⁊ ego
mundo. Hec vero cogitando poteris vin
cere vagationē. Audi quid ipſe apoſtolus
de pugna vitiorꝫ aduerſus virtutes doce
at. Si autē ſpiritu facta carnis mortifica/
ueritis. viuetis. Tu ḡ ſi vis viuere cū xp̄o
mortifica per virtutes omnia vitia: ꝑ cari
tatē mortifica odiū: per gaudiū ſpiritale:
occide triſtitiā: per pacem extingue diſſen
ſionem: per patientiam mortifica impatiē
tiam. per bonitateꝫ occide malitiam: per
manſuetudinem extingue ferocitatē: per
continentiam mortifica intemperantiam.
per caſtitatem occide impudentiam. Si
iſto modo actus carnis mortificare cura/
ueris: ſine dubio perhenni leticia cuꝫ angelis
ī celo frueris. De ſtudio legēdi. C. xiii.

Nō eſt in his diu immo
randuꝫ: quia tranſmitto caritatem tuam
ad latiſſimum campum diuinarū ſcriptu/
rarum: vt quod hic tibi deeſſe cernis: ibi
ſolerter perquiras. Quapropter oro dile
ctionem tuam: vt ſtudium ſemper in te
creſcat legendi. Nullus enim puto po/
teſt perfecte dei noſcere precepta: niſi qui
legendi continuum habet ſtudium. Quia
quanto quiſqꝫ in diuinis ſcripturis aſſidu
us fuerit: tanto ex eis maiorē ītelligentiā
capit: ſicut terra que quanto magis extol
litur: tanto amplius fructificat. Nam
quāuis homo tardum ſenſum habeat: aliqd
tamen diſcere poterit. ex ſcripture myſte/
rijs ſi habuerit aſſiduitateꝫ legendi: ſicut
ſcriptum eſt in euangelio. Qui enim ha
bet: dabitur illi: ⁊ qui non habet etiam qđ
videtur habere: auferetur ab eo: id ē qui
habet ſtudium legendi: dabitur etiam illi
intelligendi facultas: ⁊ qui legendi ſtudi/
um non habet: etiam hoc quod videtur
habere: id eſt quod naturaliter bonum in
telligit. propter ignauiam eius auferre/
tur ei. Et ſicut ille qui tardus eſt ad intel
ligendum: pro ſua bona intelligentia reci
piet gloriam: ita ille qui talentum ſibi da/
tum negligit condennabitur. Quapro
pter ammoneo caritatem tuam vt ſtudi
um habeas legendi: qꝛ hominis profect⁹
ex lectione procedit. Que neſcimus ex
lectione diſcimus. Dicit enim Jſidorus
ꝙ ī orationibus mundamur: lectionibus
inſtruimur vtrunqꝫ bonum: ſi licet: ſi
non liceat melius eſt orare q̄ꝫ legere: Qui
vult cum deo ſemper eſſe: frequenter de
bet orare: frequēter ⁊ legere. Nam cū
oramus ipſi cum deo loquimur. Cum ve
ro legimus deus nobiſcum loquitur: Si
hec ita ſunt o dilectiſſime frater: neceſſe
eſt tibi orandi legendiqꝫ ſtudium habere.
Lectio cognitionem dei amminiſtrat: le/
ctio tenebras ignorantie fugat: lectio ſci
entiam homini cōfert: lectionis ſtudio dei
preceptum eiuſqꝫ ſacramenta occulta di
ſcere ſolemus: lectionis ſtudio dei omniū
virtutum amor nutritur. Per lectionē
potes cognoſcere qualis ſit beatitudo.
qualis gloria: qualis ſit claritas que per/
mittitur ſanctis electiſqꝫ omnibus. Per
lectionem potes cognoſcere qualis ſit pe



na: q̄lis luct⁹. q̄lis flet⁹ īminet malis ⁊ iniu/
ſtis atqꝫ īpijs hoīb⁹. Per lectionē cogno
ſcere vales quid audituri ſint boni ⁊ ma
li in die iudicij. malis eniꝫ a domino dice
tur. ite in ignem eternum qui preparatus
eſt diabolo et angelis eius. Bonis vero
dicetur. venite benedicti patris mei per/
cipite regnum quod vobis paratuꝫ eſt ab
origine mundi. Hec enim omnia lectione
diſcimus. Lectio enim manifeſtat. quo
modo proſpera quomodo aduerſa tolera
re debeas. Quapropter ſubiungendum ē
hic aliquid quod legi de patrum exēplis
qui infirmitates vel omnia aduerſa pro
xp̄i amore tolerare ſtuduerunt vt tua ca
ritas hoc legens. hoc legenti commendans il
los viribus totis imitari ſtudeas:

Ammonitio de aduerſitate toleranda
⁊ infirmitate amāda. Ca. xiiii.

Hortor igitur vt ſi vel infir/
mitas vel alia contrarietas tibi
acciderit quatenus perfecte valeas ſcire
qualiter tribulationes omneſqꝫ infirmita
tes tolerare debeas. lectioni eſto deditus
ibi enim inuenies ſcriptū. ego quos amo
arguo et caſtigo. Si quos dominus
amat argui ⁊ caſtigari ab illo: Qualis
cunqꝫ infirmitas tibi euenerit: gratanti
animo ſuſcipe illam. Volo tibi vnam rem
de hyſtoria tripertita narrare: quaꝫ volo
vt legas ⁊ memorie commendes. Fuit
beniamin ſenior. qui valde clarus habeba
tur: dono dei ditat⁹: vt ſine medicamine
tactu manus aut olei. facta oratione ſana
ret egrotum. Hic fertur incidiſſe in idro/
picam paſſionem: ⁊ tantum eius corp⁹ in/
tumuiſſe: vt non poſſet ꝑ ianuam cellule ī
qua habitabat efferri: niſi ianue cuꝫ tabu
lis ante poſitis ſublate eſſent. Js ergo
paſſionis ſue tempore pene octo mēſes ſi/
bi ante mortem in cella latiſſima ſedens.
curabat ſolenniter egrotantes: non graui
ter ferens quomodo ſue egritudini non ꝓ
deſſet: ſed etiam ſe videntes conſolabatur
⁊ deprecabatur vt rogarent deū pro ani/
ma eius: ⁊ de corpore non curarent: quia
dum ſanus inquit eſſem nihil profuit mi/
hi . Hunc beniamin imitari ſtude o ſā
ctiſſime fr̄ ⁊ in oīb⁹ īfirmitatib⁹ tuis dn̄o
ſēper grās referras. Audiat etiā dilectio
tua de beato ſtephano monacho qualiter
ī īfirmitate ſua domino gratias agere ſtu
it. Stephanus autem habitauit iuxta ma
re occeanum. perfecta degens et integra
cōtinentia: Qui circa ſexagita annos pro
batiſſimus monachus fuit: et antonio ma
gno notiſſimus: Fuit itaqꝫ manſuetus et
ſapiens locutione ſuauis et vtilis triſtanti
um conſolabatur animos et ad alacritatē
reuocabat. licet neceſſaria tribulatio pro
ueniret Talis erat in cladibus proprijs
Deniqꝫ cum infirmitate incurabili capt⁹
eēt ⁊ medici putrida mēbra eius abſcidiſ
ſent: ille cum operabatur manibus palma
ruꝫ plectens folia: et preſentibus ſuadens
vt de rebus huiuſmodi non dolerent nec
aliud cogitarent niſi de bono fine: Deus ī
quit cūcta que facit vtilia ſunt. Ego autē
noui qꝛ huiuſmōi paſſiones pro peccatis
eueniunt. ⁊ melius eſt hic pēas ſoluere q̄ꝫ
poſt mortem perpetua ſupplicia ſuſtinere
Stude ergo et tu ſimiliter dicere: quando
tibi infirmitas vel alia contrarietas ve/
nit. Conſiderare quoqꝫ ſūmopere debe
mus ſi illi q̄ ſci et iuſti fuerūt domino pro
infirmitate gratias referebant: quanto
magis nos q̄ peccatores ſum⁹: ⁊ īfirmita
tes ⁊ tribulatiōes amare debemus ꝑſer
tim cum apl̄us dicat. ꝙ per multas tribu
lationes oportet nos intrare ī regnū dei
Si igit̄ ꝑ multas tribulationes cū grarū
actiōe tolerāde ſunt tribulationes q̄ten⁹
heredes regni celeſtis effici mereamur.
Peccator eni qui in hoc mūdo flagellari
nō meret̄. in inferno torquebit̄. Optandū
eſt nobis o frater: vt in hac duꝫ viuim⁹ vi
ta: tribulationes ⁊ īfirmitates ꝑ xp̄i amo
re: ⁊ ꝓ remiſſione peccatorꝫ libenti aīo
ſuſtineam⁹. Scire nāqꝫ debꝫ dilectio tua:
q̄bus modis deus hominē flagellat. Pri/
mo modo flagellat ad ꝓbationē: ſicut fla

gellatus eſt beatꝰ Job: ꝛ Thobias qui ꝓ/
bati ſunt: vt eſſent flagellati ꝛ manifeſta/
ti aliis: ob cām exēpli imitandi: vt eorum
cognoſcentes patientiā illos immitari ſtu/
deant. Secundo modo deꝰ hoīes flagel/
lat: ne ſe extollant ī ſupbiā. vel in ſecurita
te ponant: qḋ ad ſcōs ſpecialiter ptinet: ſi/
cut ḋ ſeipō apl'us dicit. ꝛ ne magnitudo re
uelationū extollat me: datꝰ ē mihi ſtimulꝰ
carnis mee angl's ſathane: vt me colaphi
cet: q poſt q̄ꝫ cognouit ꝙ ſalubre fuiſſet il/
lud flagellum: dixit. Libent̄ ḡ gloriabor ī
infirmitatibꝰ meis vt inhitet ī me vtꝰ xp̄i.
Tertio modo hominēʒ flagellat propter
peccata: ſicut paraliticū cui dixit. remittū
tur tibi peccata: deinde ſubiunxit: tolle le
ctum tuum ꝛ vade in domum tuam. Per
hoc vero ꝙ illi prius peccata dimiſit. ꝛ de
inde ab īfirmitate curauit apertiſſime mō
ſtratur ꝙ ei infirmitas propt̄ peccata eue
nerit. Quarto modo deus hominē flagel
lat: vt ſua virtus vel ſanctorum ſuorū me
ritum demonſtret: ſicut de ceco nato dn̄s
in euangelio dicit. neqꝫ hic peccauit neqꝫ
parētes eius vt cecus naſceretur. ſed vt
clarificetur filius dei per eum. His ver/
bis aperte d eclarat ꝙ ideo cecus natus
fuerit: vt ab eo illuminatus virtus diuini/
tatis demonſtraretur. Quinto modo deꝰ
hominem flagellat. vt hic incipiat flagel
la ſuſtinere que poſtmodum ſine fine ſu/
ſtinebit. Quod ſolummodo ad malos per
tinet: ſicut antiochus et herodes hic icho
uerunt pati. quod poſtmodū in īferno paſ
ſuri erant: de his ſcriptū eſt. Duplici cōtri
tione contere eos ideſt in preſenti et in fu
turo. His quinqꝫ modis dn̄s hoīem fla/
gellat. iccirco īcognitū eſt vt vnuſqſqꝫ fla
gellatus timeat et emendet flendo quod
fecit: quatenus flagellum ad profectum ei
eueniat. Ammonenda eſt ergo beatitudo
tua: vt et hos quinqꝫ modos quibus deꝰ
hominēʒ flagellat memoriter diſcas: qua
tenus in omni infirmitate vel tribulatiōe
ante mentis oculos illos habeas. In his
nāqꝫ meditando: flagellum domini gratā
ti animo tollerabis. Firmiter enim debe
mus credere. ꝙ nullum peccatum ſine vi
dicta relinqt̄. Aut. n. hic ꝑ ꝑenitētiā vnuſ
qſqꝫ peccatū ſuū ḋlet aut dn̄s pie ꝑ flagel
lū ſuū purgat aut poſt mortē igne purga
torio purgabitur. Quod ſi his modis pecca/
tum hoīs non fuerit deletum. poſt hāc vi
taʒ in ignē deſcēdet eternum. Hec vbo au/
diens nequaq̄ꝫ de tua debes deſpare ſalu
te nequaq̄ꝫ cum deſperatione dicere mul
ta ſunt mala mea ꝛ innumerabilia peccata
mea. Scito pro certo. nullus tantum po
teſt peccare. quantum domini pietas va
let dimittere: Tantum enim eſt ſi penite
at peccans: ſi ad illum ſe conuertere ſtu
deat. Et qꝛ ſermo ſe intulit de venia pec
catorum ſperanda. volo factum theodoſij
imperatoris tibi ad memoriam reducere.
per quod et ad ſperandam peccatorūʒ ve
niam mens tua ſubleuetur. et ad lacrima
rum fluenta proferenda: cor tuūʒ compū
gatur. Cur deſperabit aliquis peccator
de venia. ſi ad dominum ex toto corde cō
uertatur. cum ſupradictꝰ imperator ſeptē
milia hominum occidens. lamentando et
ſe reum agnoſcendo: veniā īfra paucos di
es potuit promereri. Ut igitur manifeſtiſ
ſime cognoſcere poſſit ſanctitas tua: quo
modo geſta ſunt cur videlicet ſeptem mi
lia hominum occiderit et qua ſe occaſiōe
reuʒ agnouerit. quomodo ſe humiliauerit
et quomodo veniā ꝓmeruerit: verba hy
ſtorie tripartite hic per ordinem ſunt inſe
renda. per que verba. in multis proficere
domino adiuuāte poteris virtutibꝰ. Pri
mum in ſperanda venia peccatorūʒ. quia
tantorum hominum ſanguine reus exi/
ſtens: facile veniam impetrauit. Deinde ī
humilitate. qꝛ cum imperator eſſet: ꝑ pre/
dicationem beati Ambroſij tantum ſe hu
miliauit. vt omnibus peccatoribus ſe in
feriorem eſſe cognoſceret. Deinde in la
chrymis. quia cum eccleſiam intrauit: pa
uimentum ipſius eccleſie lachrymis riga/
uit. Uolo igitur vt hoc tue caritati nō ſit
incognitum: ꝙ nemo ſimul in ſe omnia va
let extinguere vitia. Nam dum quiſpiā
paſſionem libidinis effugerit: in auaritiā



incurrit. Et cum de auaritia declinauerit
inuidie fouea illi preparatur. Et ſi inuidi/
am vicerit: mox vitiuʒ furoris ꝛ alios plu
rimos laqueos ponit ei inimicus: per quoſ
capere euʒ poſſit incautuʒ. Non itaque fa
cile eſt vitare hominibus vniuerſas inſidi/
as hoſtis: ſed mens diuino ſolatio vigilās
diuina protectiōe adiuta: argumēta ꝛ ma
chinamēta omnia antiqui hoſtis deſtruit.

De venia peccatoꝝ ſpanda. Ca. xv.

# Theodoſius namqꝫ

imperator habuit paſſionem furo
ris ſed iuſto furori immenſaʒ credulitateʒ
permiſcuit. Quobrem pro tua vtilitate. id
eſt in ſupradictis virtutibus ex eius lectio
ne proficias: narrare neceſſe eſt. Theſſalo
nica ciuitas eſt grandis ꝛ populoſa. In qua
cum orta eſſet ſeditio. quidam ex iudicibꝰ
eius lapidati ſunt atque tracti. Hinc indi/
gnatus theodoſius iracundie non refrena
uit infirmitatem: ſʒ iuſſit iniuſtos gladios
ſuper omnēs euaginari: ꝛ vna cum nocen
tibus innocentes interimi. Septem ꝛ eni
milia hominum: ſicut fertur occiſa ſunt. nō
precedenti iudicio ſed tanq̄ꝫ ī meſſe omnes
ſimul inciſi ſunt. Huiuſmodi cladeʒ valde
plenā gemitibuſ. audiuit beatus ambroſiꝰ
ꝛ cum princeps mediolanum veniſſet. ꝛ ſo
lenniter in ſacrum templum voluiſſet in/
trare: occurrit foris ad ianuas beatus am/
broſius. ꝛ ingredientem his ſermonibus a
templi ingreſſu prohibuit. Neſcis impera
tor ſcelus perpetrate iracundie. neſcis a te
quanta magnitudo peccati ſit facta: nec pꝰ
cauſam tanti furoris: mens tua molem pre
ſumptionis agnoſcit. Si forte recognitio/
nem peccati. prohibet poteſtas imperii. de
cet tamen vt vincat ratio poteſtatem. Sci
enda quippe natura eſt. ꝛ eius mortalitas
atque reſolutio. ꝛ puluis progenitorum ex
quo facti atque in quem redigendi ſumus
ꝛ non flore purpureo confidenteʒ infirmi
tatem. operti corporis ignorare coequaleʒ
hominum. Non eſt confidendum in purpu
ra: ſed magis conſideranda eſt conditionis
equalitas. Princeps es o imperator ꝛ con
ſeruorum. vnus eſt enim dominus omniuʒ
rex omnium ꝛ creator. Quibus igitur ocu
lis immundis aſpicies tēplum domini. qui
bus calcabis pedibus ſanctuʒ illius paui/
mentum? Quomodo manus extendes: de
quibus ſanguis innocens adhuc diſtillat?
quō huiuſmodi manibꝰ ſuſcipies ſanctum
domini corpus? Qua preſūptione ori tuo
porriges poculum ſanguinis domini preci
oſi. dum furore ſermonum tantus ſanguis
ſit iniuſte effuſus? Recede igitur recede:
ne ſecundo peccato priorem nequitiam au
gere contendas. Suſcipe vinculum quo te
omniuʒ dominus nunc ligauit. eſt eniʒ me
dicina maxime ſanitatis. His ergo ſermo
nibus imperator obediens. erat enim diui
nis eruditionibus enutritus. ꝛ aperte ſciēs
que ſunt propria ſacerdotum ꝛ que reguʒ
gemēs ꝛ deflens ad regalia remeauit. Cū
que octo menſium continua tranſiſſent tē/
pora. appropinquauit natiuitatis ſaluato/
ris noſtri feſtiuitas. Imperator autem la/
mentationibus aſſiduis in palatio reſidēs
continuas lachrymas inceſſabiliter expen
debat. Ingreſſus autem rufinus tunc cu/
rie magiſter: ꝛ ſingularem fiduciā habens
apud principem. ꝛ videns eum in lamenta
tione proſtratum: acceſſit vt lachrymaruʒ
cauſas inquireret. At ille amariſſime inge
miſcens ꝛ vehementius lachrymas fundēs
tu inquit rufine ludis ꝛ mea mala nō ſetis.
Ego aūt lamētor ꝛ gemo calamitatē meā
quia ſeruis quideʒ ꝛ mendicantibus aper
ta ſunt templa dei. ꝛ propriam domum in/
gredientes decenter exorant: mihi vero ī
greſſus ad ea non eſt. inſuper etiā celi ſunt
clauſi. Hec dicens: verba ſingula ſingul/
tibus interrumpebat. Rufinus vero. cur
ro inquit ſi tibi placet ꝛ pontifici precibus
perſuadeo: vt ſoluat vinculum quo te li/
gauit. ait īperator. Non ſuadebis ambro
ſio. Noui enim decretum illius eſſe iuſtuʒ
neque enim reuerebitur imperialeʒ poten
tiam: vt legem poſſit preuaricari diuinam
Cunque rufinus verbis plurimis vtere/
tur. ꝛ promittens ambroſium eſſe flecten/
dum: imperator eum pergere cum feſtina

tione precepit. Ipſe vero ſpe data paulu/
lum poſt eſt ſecutus. credens rufini promiſ
ſionibus. Porro vir mirandus ambroſius
mox vt vidit rufinum: ait. Impudentiam
canum imitatus es o rufine. tãte videlicet
ne cis auctor exiſtens pudorem ex fronte
detergens nec erubeſcens metuis contra
diuinaꝫ imagineꝫ latrare. Cũque rufinus
ſupplicaret. ⁊ imperatoreꝫ diceret eſſe ven
turum: ſuperno zelo accenſus ambroſius.
ego inquit rufine predico tibi. quoniaꝫ euꝫ
ingredi eccleſiam prohibebo. Si vero im/
perium in tyrannidem mutauerit neceꝫ: ⁊
ego libenter ſuſcipio. Hec ⁊ alia plurima
rufinus audiens. nunciauit imperatori vo
tum antiſtitis: monens ne de palatio pro/
cederet. Ad imperator hec in media iaꝫ pla
tea cognoſcens: pergo inquit: ⁊ iuſtas ĩ fa
cie ſuſcipio contumelias. Cunque ad ſacra
limina perueniſſet. ſanctam quidem baſili
cam non preſumpſit intrare: ſed veniens
ad antiſtiteꝫ. ⁊ inueniens euꝫ ĩ ſalutatorio
reſidenteꝫ. ſupplicabat vt eius vincula ſol
ueret. at ille crudelem dicebat eius preſen
tiam eſſe. ⁊ contra deum veſanire theodo
ſium. eiuſque calcare leges: cui imperator
dixit. Nõ inſurgo aduerſus eccleſiaſticas
ſanctiones: neque inique ingredi limina ſa
cra contendo: ſed te ſoluere mea vincula
depoſco vt domini clementiam pro me ex
orare ſtudeas. nec mihi ianuam claudi pre
cipias: quaꝫ dominus noſter cunctis agen
tibus penitentiam aperuit. Tunc ait anti/
ſtes Quam penitentiam oſtendiſti poſt
tantas iniquitates? quibus medicamini/
bus incurabilia vulnera plagaſque cura/
ſti? At imperator tuum inquit opus eſt. ⁊
docere ⁊ medicamina temperare: meum
vero eſt oblata ſuſcipere. Tunc ſanctus
ambroſius dixit. Quoniam furori tuum
iudicium commiſiſti. ⁊ non ratio protulit
ſententiaꝫ: ſed potius iracundia. ſcribe le
gem que decretum furoris euacuet. vt tri
ginta diebus ſẽtẽtiaꝫ necis atque proſcri
ptionis in litteris tantummodo maneat
⁊ iudiciuꝫ ratiõis expectet. Quibus tran

ſactis diebus. ira videlicet iam ceſſante.
ratio cauſaꝫ iudicãs: apud ſemetipſã que
cognouerit ſub veritate diſponat. In his
eniꝫ diebus agnoſcetur: ſi iuſta ſit ſẽtentia
quaꝫ protuleris an iniuſta. Si iuſta fuerit
permaneat. ſi autem iniuſta: deſtruatur.
numerus vero triginta dierum ad hec ex
aminanda ſufficit. hanc ammonitionem i/
perator libenti animo ſuſcipiens. ⁊ optimã
eſſe confidens. legẽ conſcribi repentẽ pre
cepit: ⁊ proprijs manibus litteras confir/
mauit. Quo facto vinculum eius abſol
uit ambroſius. Que lex hactenus obſerua
tur. In tali namque tenore facta fuit illa
deſcriptio. vt ſi quos imperator morti dã
naſſet: vſque ad triginta dies ſeruarentur
illeſi. quos ira regis vindicaret ſeuerius ⁊
eorum ſententia eſſet ſuſpenſa: quatenus
ĩ ſpacio trigĩata dieruꝫ ira quieſcentẽ pro
baſſet. vtrum iudicaſſet iuſtum an iniuſtũ
⁊ qđ iuſtum probaſſet facere ſtuduiſſet.
Sic itaque ſacratiſſimus imperator ingre
di limina preſumens non ſtans domino ſup
plicauit neque genuflexo: ſed pronus ĩ pa
uimento iacens. dauiticam vocem procla
mauit. Adheſit pauimento anima mea: vi
uifica me domine ſecundum verbum tu/
um. Manibus autem capillos euellens:
frontemque percutiens. ⁊ pauimentuꝫ la/
chrymarum guttis aſpergens: veniam im
petrare poſcebat. Cumque tempus acce/
deret. quo munus ad altare ſolebat offer/
re: ſurgens cuꝫ lachrymis eſt ingreſſus.
Cum autem obtuliſſet ſicut ſolitus erat in
cancella ſtetit. Rurſus autem ambroſius
non quieuit. ſed differentiam locorum edo
cuit. ⁊ primo quidem queſiuit quid ibideꝫ
expectaret. Imperatore autem dicente. ſu
ſtinere ſe ſacrorum miſteriorum perceptio
nem. Per archidyaconum remandauit.
O ĩperator ĩteriora loca tãtũ ſacerdotib⁹
collata ſũt. q̃ ceteris nec ĩgredi nec ꝯtinge
re fas ẽ. Egredere igĩ ⁊ hãc expectationẽ
cuꝫ ceteris habe cõmunem. Purpura nã/
qꝫ ĩperatores: nõ ſacerdotes facit. Tũc fi/
deliſſimus ĩperator etiã hãc traditionẽ ani



mo gratãti ſuſcipiẽs remãdauit dicẽs. Nõ
audacie cauſa intra cãcellos mãſi: ſed ĩ cõ/
ſtãtinopolitano hãc ꝯſuetudinẽ eſſe cogno
ui. Unde ago gratias pro huiuſmodi medi
cina. Tali ergo ⁊ tãta virtute: ⁊ preſul ⁊ ĩpe/
rator clarebãt. Ego nãqꝫ virtuſqꝫ op⁹ am
miror illius fiduciã: huius aũt obedientiã:
id eſt fiduciã ſacerdotis: ⁊ obediẽtiã regis.
Illius zeli feruorẽ: huius fidei puritatẽ: id
eſt feruorẽ zeli ĩ ſacerdote: fidei puritatẽ ĩ
rege. Igitur eximiũ eſt opus iã nũc narra
tum: quod te poteſt exercitare. O ſanctiſſi
me frater: ⁊ deo dicate ĩ cuſtodia multarũ
virtutũ. Hec enĩ theodoſij chriſtianiſſimi
principis: ⁊ beati ambroſij ſanctiſſimi põti
ficis ꝯtẽtio: ſanctũ prouocat hominem ad
ſperãdã veniã peccatoꝝ. ob quã maxime
cauſã hãc ſanctã ꝯtẽtionẽ tibi ſcribere ſtu
dui. Prouocat etiã duꝝ ⁊ lapideũ cor ad
lachrymas proferẽdas: incitat ⁊ ad zeli fer/
uorẽ. Deprecor vero dilectionẽ tuã: vt hũc
actũ. hãc ſanctiſſimã penitẽtiã piiſſimi pri/
cipis: ⁊ zelum ſanctiſſimi põtificis crebro
legas: quia magnus animi profectus ĩ ea
latet. Si itaqꝫ ea que tue ſanctitati ſcripſi
prudẽtiſſime frater pficere potueris opa
id eſt: ſi profuſa a te oĩa vicia protuleris: ⁊
que ĩ ammonitõe narrãtur bona cuſtodire
volueris: ſcito quod nõ tuis viribus hoc
facias: ſed illo inſpirante ⁊ adiuuãte: qui
dicit in euangelio: ſine me nihil poteſtis fa
cere. Non ſolum facere: ſed nec cogitare
quidem aliquid boni valemus: niſi illo ope
rante: illo donante: a quo omne bonum
procedit. Audi quoque attente. quid domi
nus de hac cauſa per hieremiam prophe/
tam dicit. Non glorietur ſapiens in ſapiẽ/
tiã ſua. Non glorietur fortis in fortitudi/
ne ſua: ⁊ non glorietur diues in diuitijs ſu
is: ſed glorietur in hoc: qui gloriatur ſcire
⁊ intelligere ⁊ noſſe me. Per hec enim ver
ba omnino aufertur ſuperbia. quia ſapien/
tia ⁊ fortitudo ⁊ omnes opes reputantur
in nihilum: ⁊ iſta eſt gloriatio. vt ſciat ⁊ in/
telligat: quod ipſe ſit dominus qui fecit mi
ſericordiam ⁊ iudicium ⁊ iuſtitiam in terra

Ex iſto quoque loco ſumpſit apoſtolus.
Paulus: illud exemplum quod corinthiis
ſcripſit dicens. Fratres qui gloriatur in
domino glorietur. Ubi ſunt illi: qui dicunt
hominem proprio arbitrio regi? Ubi ſunt
illi: qui dicunt quod a nobis bonum incho
re poſſimus. Nequaqꝫ illis credere debe/
mus: quia nec cogitare: quanto minus per
ficere valemus bonum: niſi ipſo domino
adiuuãte. Ergo ſi domini gratia largiẽte:
bonũ op⁹ pegeris: et ea q̃ beatitudini tue
ſcripſi cuncta perfeceris: nõ tuis virib⁹ nõ
tuis meritis deputa: ſed illi qui ĩ te opera
tur: et velle: et dat pficere pro bona volũ/
tate: cui eſt honor poteſtas et imperiũ per
infinita ſecula ſeculorum. Amen. De/
lectione: Capitulum. xvi.

## Anctarũ lectio ſcri

pturaruꝫ: diuine eſt cognitio beatitudinis
In his enim quaſi in quodam ſpeculo ho/
mo ſeipſum conſiderare poteſt: qualis ſit:
vel quo tendat. Lectio aſſidua purificat
animã: timorem incutit gehenne: ⁊ ad gau
dia eterna cor inſtigat legentis Geminum
confert donum lectio ſanctarum ſcriptura
rum: ſiue quia intellectum mentis erudit
ſeu qꝫ a mundi vanitatibus abſtractum ho
minẽ ad amorem dei perducit: labor hone
ſtus eſt lectionis: et multum ad emendati/
onem anime proficit. Sicut enim ex car/
nalibus eſcis alitur caro: ita ex diuinis elo
quiis homo interior nutritur et paſcitur.
Q dulcia faucibus meis: inquit pſalmi/
ſta: eloquia tua domine: ſuper mel et fauũ
ori meo. Sed ille beatiſſimus eſt: qui diui
nas ſcripturas legens: verba vertit in opa
O mnis plane ſcriptura ſancta: ad no/
ſtram ſalutem ſcripta eſt: vt proficiamus ĩ
veritate ⁊ cognitione. Sepius cecus offẽ
dit qꝫ videns. Sic ignorans legem dei: ſe/
pi⁹ ignorãter peccat qꝫ ille qui ſcit. Sicut
cecus ſine ductore: ſic homo ſine docto/
re: viam rectam vix graditur. Uaca
lectioni. Uaca meditationi ſcriptura/
rum: vaca in lege dei. Habeto in diuinis

litteris frequētiā: aſſiduitatis legēdi ſit ti/
bi frequēs lectio. Lectōe ſēſus ꝛ itellect⁹
augel. Lectio eniȝ docet qd caueas: oſtē/
dit qd̃ timeas. Mltū ꝓficies ſi legis: ſi fa
cis tamē q̃ legis. De pace. capitulū. xvii.

## Saluator noſter ad

patrē rediēs: ſpeciale mun⁹ diſci
pulis dedit: vnitatis ꝛ pacis p̄cepta dicēs
Pacē meā do vobis: pacē relinquo vobis
In pace vos dimiſi: in pace vos inueniam
Proficiſcens voluit dare: qd̃ rediēs deſi/
derabat i oib⁹ iuenire: Cuius pacis orna/
mēta: mirabiliter alio loco oſtēdit dicēs.
Beati pacifici: qm̄ filii dei vocabūtur. En
filius dei icipit vocari: q pacificus eſſe iā
cepit. Nō vult fili⁹ dei dici: qui pacē no/
luerit amplecti. Negat ſibi patrē deū: qui
pacificus eſſe ɔtēnit. Sed pax hec: cū bo/
nis ꝛ dei p̄cepta ſeruātibus cuſtodiēda ē:
nō cū iniqs ꝛ ſceleratis: q pacē inter ſe ha/
bēt i peccatis ſuis. Pax xp̄i ad ſalutē ꝓfi
cit ſempiternā. pax que i diabolo eſt: ad ꝑ
petuā ꝑueniet ꝑditionēȝ. Pax cuȝ bonis:
ꝛ bellum cum viciis ſemper habendum eſt
Mala quidem hominum impiorum odio
habenda ſunt: non homines ipſi q̄uis ma/
li ſint: quia creatura dei ſunt. Pax vero q̄
in bonis eſt: concordiam fratrum ꝛ carita/
tem proximorum copulat. Pax ſpiritum
dei ſpecialius promeretur. pax dilectio/
nis mater eſt. Pax indicium eſt ſanctita/
tis: de qua dominus per prophetam ait.
Pacem ꝛ veritatem diligite. Pax plebis
ſanitas: gloria ſacerdotis: patrie leticia: et
terror hoſtium ſiue viſibilium ſiue inuiſi/
bilium. Omnibus viribus pax eſt cuſto
dienda: quia ſemper in deo manet: que in
pace ſancta manet cū ſanctis dei. Sacer
dotis eſt in pace populum ammonere: qd
debeat agere. populi eſt i humilitate audi
re: quid moneāt ſacerdotes. Quicquid nō
licet: paſtoris eſt ne fiat: ꝓhibere: ꝛ plebis
obedire ne faciat. Epiſtola ſancti macha
rii ad monachos. Capitulum. xviii.

## In primis quidem.

ſi ceperit homo ſemetipſum agnoſcere cur
creatus ſit: ſi queſierit factorem ſuum de/
um: et penitere de his voluerit que com/
miſit in tempore negligentie ſue: ſic demū
benignus deus dat illi triſtitiam pro pec/
catis: et poſtea per ſuam benignitateȝ dat
illi afflictioneȝ corporis: in ieiuniis in vigi
liis et orationum inſtantia. et contemptu
mundi: et libens illatas iniurias ſufferat. ꝛ
odio habet omne refrigerium corporale:
et diligit planctum magiſq̃ riſum. Poſt
hec tribuet illi deſiderium et fletū et humi
liationem cordis et humilitatem: vt trabē
oculi ſui conſideret: non alterius feſtucam
nitatur auferre: et dicat ſemper. quoniaȝ
iniquitatem meam ego cognoſco: et deli/
ctum meum contra me eſt ſemper. Sem/
per exitus ſui memor ſit: et quomodo in
ɔſpectu dei occurſurus ſit: et iudicia et pe
nas deſcribat in conſpectu mentis ſue nec
non etiam merita et honores que danda
ſunt ſanctis. Si autem cognouerit quia
cor ipſius firmatum eſt in timore domini:
et non dimittit locum ſuum. ſed fortiter re
ſiſtit aduerſario ſuo: ille perfectus mona/
chus et miles chriſti vocatur. Ut enim cuȝ
multo nauis vndarum ictu obruitur: ſic
multa poſſidens monachus non ſaluatur.
Nihil poſſidens monachus quaſi aquila
ad excelſa peruolat. Tunc deſcendit ad
eſcas: quando compellit neceſſitas. Pru/
dens monachus: non adulabitur propter
voluptatem ventris diuitibus. Nihil poſ
ſidens monachus velut curſor leuis ſaga/
cius peruenit ad brauium. Qui vult cum
deo ſemper eſſe debet frequenter orare ꝛ
frequenter legere. Nam cum oramus ipſi
cū deo loquimur: cum vero legimus: deus
nobiſcū loquitur. Orationibus aūt mūda
mur. lectionibus īſtruimur. Utrūqȝ bonū
eſt: ſi liceat: meli⁹ eſt eniȝ ɔferre q̄ȝ legere.
Qd̃ eni obſcuꝝ ē aut dubiū. cōferēdo ci/
to cōſpiciet: Quatuor ſunt neceſſaria i ec
cleſia dei canonice diuinis i quo narrat ꝛ
p̄dicatur vita futura: hyſtoria i qua nar/
rat̄ res geſta: numer⁹ i quo facta futuroꝝ
ꝛ ſolennitates diuine enumerāt̄: ꝑmati



ca i q̃ ſciētia vboꝝ itelligit̄. Nemo renun/
ciatur⁹ ſeculo bene pōt videre. qd̃ ɔtēpſit
ut videret. Quicqd̃ i ſūpt⁹ d̃ tuo toleris
ꝓlucro deputa. Antiquū dictū eſt auaro
tā deeſt qd̃ habet. q̄ȝ qd̃ nō habet. credēti
tot⁹ mūdus diuitiaꝝ. īfidelis aūt obolo i
diget. Sic viuam⁹. q̄ſi nihil habētes ꝛ oīa
poſſidētes. Uict⁹ ꝛ veſtitus. diuitie xp̄ia
noꝝ ſūt. Si habes i poteſtatē rē tuā vēde
ſi nō habes ꝓiice: Tollēti tunicā ꝛ palliuȝ
relinquēdū ē. Niſi tu ſemꝑ craſtinans. ꝛ i
diē de die trahēs. caute ꝛ pedetentim poſ
ſeſſiūculas vēdideris: nō habet xp̄s unde
alat paupes ſuos. Qui totū ſe dedit. totū
obtulit. Apl̄i naui ꝛ rete tantū reliquerūt
vidua duo era miſit i gazophilatiū. ꝛ p̄fer
tur creſi diuitijs. Facile cōtennit oīa q ſē
per cogitat ſe eſſe moriturū. Ecce duo vi/
ri ſteterunt. In matheo vnus angelus. in
marco adoleſcēs. i ioāne duo āgeli. In lu/
ca duo uiri dicūtur ideſt mlt̄a itinera mu
lieꝝ. ꝛ diuerſe ſūt viſiones. vel vnū ꝛ vna
viſio. ꝛ diſſimiles ſūt narratōes euāgeliſta
rū lintheamina ſola poſita oſtēdit. qd̃ nō i/
digent corpora veſtimēto poſt reſurectio
nē: Secū mirans id ē q̄ reliquit linthea/
mina tranſitus in xp̄o reſurectio vita eter
na: Prima eſt cogitare de dn̄o vt ceſide/
remus. Secunda de paſſione vt ſuſtinea/
mur. Tertia de hora tranſitus vt ſim⁹ pa
rati. Quarta de die iuditii. vt ratōnē red
damus. Quinta de iferno vt timeam⁹. ſe/
xta de vita eterna vt deſiderem⁹. Trib⁹
modis diabolus ſecuritatē i mentē homi/
nis imittit. Primū ſuggerit hoi. vt non fa
ciat cōfeſſionē. quia iuuenis ē. Secundo
dicit qꝛ alij grauius peccauerunt q̄ȝ tu. ꝛ
diu vixerunt. Tertio dicit tu pecca. qꝛ ma
gna ē clementia ꝛ miſericordia dei. indul
gebit tibi peccata tua: ꝛ ꝑ hanc ſecuritatē
ducit eum in infernum. Diuerſas medi
cinas anime deus oſtendere dignatus eſt
Alius per elemoſinam. alter per obſequiū
alius per hoſpitalitatem. alter per ieiuniū
ꝛ vigilias. alius per continentiam. alius ꝑ
caſtitatem. alter per benignitatem: alius
per obedientiam. Alter per humilitatem

alter per patientiā. Alii datur per ſpiritū
ſermo ſapiētie. alij ſermo ſcientie. alii pro
phetia. alii genera linguaꝝ: alij dona ſani/
tatum. alij diſcretio ſpirituū. Omnia ope
tur vnus atq̧ idem ſpiritus diuidens ſin/
gulis pro vt vult. in pſalmis itaq̧ inueni/
es. Si intenta mente perſcruteris: domi
nici verbi incarnationem. paſſionemq̧ ꝛ
reſurrectionem atq̧ aſcenſionem. In pſal
mis inuenies tam intimam orationem ſi
intenta mente perſpexeris ſic non potes
vllatenus ꝑ te ipſum excogitare. In pſal/
mis inuenies intimam confeſſionem pec/
catorum tuorum. ꝛ integram deprecatio
nē diuine atq̧ dominice miſericordie. In
pſalmo quoq̧ inuenies omnium rerum
que tibi accidunt: Intimam gratiarum ac
tionem. In pſalmo confiteris infirmitatē
tuam atq̧ miſericordiam: ꝛ per idipſum
miſericordiam dei prouocans. Omnes
enim vertutes in pſalmis iuenies. ſi a deo
merueris vt tibi reuelet ſecreta pſalmoꝝ
Etiam ſi volueris intima mente exerce/
re te in diuinis laudib⁹ ac preceptis ꝛ mā/
datis celeſtibus: pſalmum Beati inmacu
lati decanta. Et licet vſq̧ ad obitum vite
tue huius pſalmi virtutem contempleris
atq̧ ſcruteris. nunq̄ȝ vt puto illum perfe
cte intelligere poteris: in quo nullus ver/
ſus eſt. in quo non ſit vel via dei uel lex vl̄
mandatum. ſeu preceptum. vel verba aut
iuſtificationes. vel iudicia aut ſermones
dei deſcripti. Et ideo non eſt opus vt per
diuerſos libros animo diffundaris: in pſal
terio ſolo habes materiam legendi vſq̧
ad obitum vite. in quo inuenies prophe/
tas. euangelia. ꝛ apoſtolos: ꝛ omnes lib/
ros diuinos ſpiritualiter atq̧ intelligibili
ter ex parte tractatos ꝛ deſcriptos. Et pri
orem atq̧ ſecundum aduentum domini
ibi inuenies prophetatum: incarnatio/
nem quoque ac paſſionem ꝛ reſurrectio/
nem atque aſcenſionem dominicam. Et
omnem virtutem diuinorum dictorum in
uenies in pſalmis: ſi intima mente perſcru
teris: et ad medulam intimi intellectus ꝑ
dei gratiam perueneris. Camera chriſt

cum homine dei eſt cor rectum ⁊ bonum
Fundamentum ipſius camere eſt fides.
altitudo eius eſt ſpes:latitudo ē caritas lō
gitudo eius eſt perſeuerantia .latera ei⁹
ſunt concordia ⁊ pax.frondes ipſius ſunt
iuſticia ⁊ veritas:pulchritudo eius eſt ex-
emplum bonorum operum.feneſtre ipſi-
us ſunt dicta ſanctorum.pauimentum ei⁹
eſt humilitas cordis.camera eius ſunt bo
ni pontifices interligatio eius eſt vinculū
pacis.tectum eius eſt fidelis diſpenſator
piſcis eius eſt meditatio celeſtis: Menſa
chriſti in camera ſua eſt bona conuerſatio
miſterium chriſti in camera ſuā eſt bona
memoria .bacinus chriſti bona eſt volun
tas:conticellus chriſti eſt nitor conſcien-
tie. Catedra chriſti eſt ſerenitas mentis
Sponſa chriſti anima ſancta. camerarie
chriſti virtutes ſpiritales ſunt. Prima ſā
cta caritas dicta eſt illa regit camerā chri
ſti. Eſt ſancta humilitas.illa eſt theſaura-
ria in camera eſt ſancta ſapiētia.illa facit
luminaria in camera: eſt ſancta puritas.
illa ſcobat cameraꝫ:eſt ſancta bonitas illa
incenſum ponit in cameram:eſt ſancta di
ligentia mentis illa coronat cameram:eſt
ſancta abſtinentia illa parat menſam in
camera:eſt ſancta temperātia.illa miſcet
in camera cum cantilla.⁊ ipſe cantilus eſt
nitor cōſcientie:eſt ſancta vigilantia. illa
ſeruat cameram dominicam:eſt ſancta pe
nitentia illa facit diſciplinam in camera.
eſt ſancta bona conſcientia.illa eſt porta-
ria ī camera. Iſtas totas ſupraſcriptas ip
ſa peperit ⁊ mater earū ē: Eſt ſācta perſe-
uerantia illa nutrix earum eſt vſqꝫ ad fi-
nem perfectum: Preſtet nobis itaqꝫ do-
minus vt inueniat in nobis talem manſio
nem qui viuit ⁊ regnat deus In ſecula
ſeculorum Amen.

Impreſſum Uenetijs per Octauianum
ſcotū Modoetienſem ſextodecimo ka-
lēdas Martij. M.cccc.lxxxiij. Joanne
Mocenico Inclyto Uenetiaꝝ Duce.